DE

DIONYSII HALICARNASSENSIS

LIBRORUM RHETORICORUM

FONTIBUS.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE UNIVERSITATIS LUDOVICO-MAXIMILIANAE RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

GEORGIUS AMMON.

MONACHII.

TYPOS CURAVIT H. KUTZNER.

MDCCCLXXXIX.

Praefatio.

In Dionysii Halicarnassensis librorum rhetoricorum fontes ut inquirerem, auctor mihi fuit Guilelmus Christ, magister optimus et certissimus dux; artioribus autem finibus quaestionem circumscribere meo permisit arbitrio.

Gradus progressusque artis oratoriae, quam inde ab Gorgiae temporibus in summo apud Graecos honore fuisse constat, cognoscere et describere res est ut quaestione dignissima ita multis magnisque difficultatibus impeditissima.

Ante Aristotelem quidem quantum rhetores in arte profecerint, illustravit L. Spengelius, vir doctissimus acutissimusque, eo libro qui συναγωγὴ τεχνῶν inscribitur; Aristotelis ipsius exstat ars, monumentum aere perennius; artis scriptorum autem qui sequuntur usque ad Augusti tempora unius habemus Dionysii Halicarnassensis pleniora praecepta, ut huius doctrina explanata fontibusque detectis illi quoque subobscurae aetati aliquantum lucis afferatur.

Dionysii libros rhetoricos ut in duo genera eaque inter se cognata dividi posse putamus, praecepta artis oratoriae et de veteribus scriptoribus iudicia, ita de fontibus quoque quaestionem in duas divisimus partes, quarum alteram quae est de praeceptis oratoriis priore loco illustrabimus, alteram quae est de iudiciis posteriore loco adumbratam subiciemus.

PARS PRIOR.

DE

DIONYSII HALICARNASSENSIS
ARTIS RHETORICAE PRAECEPTIS
EORUMQUE FONTIBUS.

(τεχνικὰ παραγγέλματα p. 647 R).

Exstat ars rhetorica quae Dionysii Halicarnassensis*) nomine fertur; sed artis nomine indignas esse partes ne inter se quidem cohaerentes et maximam partem, si non omnes ab Halicarnssensi abiudicandas facile nobis persuaserunt viri docti Schott, Blafs, Roefsler aliique. Cuius libri num quae capita ad Dionysium redeant, cum ne nunc quidem satis exploratum mihi videatur, praeceptis Dionysii rhetoricis ex genuinis libris electis et dispositis etiam illi quaestioni aliquantum lucis afferri ratus, spuriam artem diligentius examinare in praesens omisi. Integram igitur et genuinam artem oratoriam, si scripsit**) Dionysius, non habemus; sed ex praeceptis per libros rhetoricos hic illic dispersis artem Halicarnassensis quasi elicere et restituere possumus. Quo pacto singulis artis oratoriae partibus exploratis ad alteram de fontibus quaestionem illustrandam via nobis est praemunienda.

Artis definitio.

Primum quidem quaeritur, quae Dionysii fuerit artis rhetoricae definitio. Cuius sunt duo exempla apud rhetores posterioris aetatis: Alterum est apud Maximum Planudem (Rhet. graec. vol. V p. 213 W.; Roefsler Dionys. Hal. fragm. p. 41): Διονύσιος δ' ὁ Ἁλικαρνασσεὺς (definit rhetoricam) οὕτως· ,δύναμις πιθανοῦ λόγου ἐν πράγματι πολιτικῷ

*) Ἁλικαρνασέως in libris una littera σ legi testantur Schaefer Melet. crit. p. 1 et Herwerden Dionys. Halic. epist. crit. tres praef. p. V et VI.

**) quod addubitat Roefsler Dionys. Halic. fragm. p. 12 causis satis gravibus ductus; sed definitionem artis alio quam in integra arte loco vix commode positam fuisse puto. Usener, Dionys. Halic. de imitatione librorum rell. (Bonnae 1889), initio librorum περὶ μιμήσεως collocatam fuisse censet.

τέλος ἔχουσα τὸ πιθανῶς εἰπεῖν κατὰ τὸ ἐνδεχόμενον.' Alterum pluribus*) locis traditum, plenissime refertur a Doxopatro (Rhet. gr. VI p. 17 W.): Ὕστερον δ' (post Aristotelem) ἐπὶ Καίσαρος Αὐγούστου Διονύσιος ὁ μέγας, ὁ τῆς ἡμετέρας τέχνης καθηγητὴς καὶ πατὴρ ἀγαθὸς γενόμενος, ἀπὸ Ἁλικαρνασοῦ τὸ γένος καταφέρων, ὡρίσατο τὴν ῥητορικὴν νουνεχῶς καὶ προσηκόντως εἰρηκώς· ,Ῥητορική ἐστι δύναμις τεχνικὴ πιθανοῦ λόγου ἐν πράγματι πολιτικῷ τέλος ἔχουσα τὸ εὖ λέγειν'. Summa definitionis inter utrumque congruit: ῥητορικὴ δύναμις πιθανοῦ λόγου ἐν πράγματι πολιτικῷ τέλος ἔχουσα . . . ; in eis quibus discrepant Doxopatri auctoritatem praeferendam esse et definitionis ratio docet et Doxopatri singulorum verborum interpretatio. Iam videamus, ad quam superiorum rhetorum aut philosophorum definitionem proxime accedat Dionysiana, quam unam ex rhetorum definitionibus ut omnibus numeris absolutam opponit Aristotelis philosophi definitioni Doxopater Rh. gr. VI p. 16 (v. Spengel, Rhein. Mus. 18, 524).

Atque Aristoteles art. rhet. I c. 2 init. ita definit: Ἔστω δὴ ῥητορικὴ δύναμις περὶ ἕκαστον τοῦ**) θεωρῆσαι τὸ ἐνδεχόμενον πιθανόν, Hermagoras (Rhet. gr. V p. 15 W.): Ῥητορική ἐστι δύναμις τοῦ εὖ***) λέγειν τὰ πολιτικὰ ζητήματα, Cornificius sive auctor ad Herenn. I 2,2: Oratoris officium est de iis rebus posse dicere, quae res ad usum civilem moribus ac legibus constitutae sunt, cum adsensione auditorum, quoad eius fieri poterit, Cicero de orat. I § 213: Oratorem autem, quoniam de eo quaerimus, equidem non facio eundem, quem Crassus (§ 64), qui mihi visus est omnem omnium rerum atque artium scientiam comprehendere uno oratoris officio ac nomine; atque eum puto esse, qui et verbis ad audiendum iucundis et sententiis ad probandum accommodatis uti possit in causis forensibus atque communibus. Idem orat. § 69: Erit igitur eloquens is, qui in foro causisque civilibus ita dicet, ut probet, ut delectet, ut flectat.

---

*) v. Usener l. l. p. 7 sq.

**) in archetypo fuisse περὶ ἕκαστον θεωρῆσαι (τοῦ) conicit Christ, ut varia lectione articulus τοῦ ortus sit.

***) cf. Dionysii ipsius verba de adm. Dem. vi p. 1112 R. τοῦ λέγειν εὖ διττὴ ἡ διαίρεσίς ἐστι κτέ, ubi τὸ λέγειν εὖ idem fere quod ars oratoria significat, v. etiam de comp. p. 8.

Hermagorae definitionem Dionysium imprimis secutum esse facile intellegimus, quoniam et ipse Aristotelis definitionem angustioribus circumscripsit finibus: ‚ἐν πράγματι πολιτικῷ' et rhetoricae finem (τέλος) esse voluit τὸ εὖ λέγειν. Quid autem est πρᾶγμα πολιτικόν? Idem esse putes quod Hermagorae ‚πολιτικὸν ζήτημα.' Hoc num Volkmannus, Die Rhetorik der Griechen und Römer[2] p. 13 ex Augustini (de rhet. c. 4.) verbis*) recte interpretatus sit, valde dubito; Dionysii verba utique interpretanda puto et ex aliis locis, quibus usurpat vocabulum πολιτικόν — velut de comp. p. 72 et 136 Sch. — et ex definitione artis oratoriae Cornificii supra allata, cui simillima est Dionysiana: quae res ad usum civilem moribus ac legibus constitutae sunt = πράγματα πολιτικά. cf. Cic. de inv. I 5, 6.

Partitio oratoria.

Omnis autem ars oratoria dividitur in partes duas, quarum altera est de rebus, altera de verbis sive de elocutione. Qua de divisione Dionys. de comp. verb. p. 8 Sch. haec tradit: Διττῆς γὰρ οὔσης ἀσκήσεως περὶ πάντας ὡς εἰπεῖν τοὺς λόγους, τῆς περὶ τὰ νοήματα καὶ τῆς περὶ τὰ ὀνόματα· ὧν ἡ μὲν τοῦ πραγματικοῦ τόπου μᾶλλον ἐφάπτεσθαι δόξειεν ἄν, ἡ δὲ τοῦ λεκτικοῦ κτλ., idem de admir. Dem. vi c. 51 p. 1112 R.: Ενθυμούμενος δ' ὅτι τοῦ λέγειν εὖ διττή ἡ διαίρεσίς ἐστιν εἴς τε τὸν πραγματικὸν τρόπον καὶ εἰς τὸν λεκτικόν, denique de Lysia iud. c. 5. p. 463 R: καὶ οὐκ ἐπὶ μὲν τῆς ἑρμηνείας τοιοῦτός ἐστιν, ἐν δὲ τοῖς πράγμασιν ἄκαιρός τις καὶ μακρός.

Atque ὁ πραγματικὸς τόπος et ipse duas partes habet εὕρεσιν (παρασκευήν, inventionem) et οἰκονομίαν**). Cuius partitionis testis est de Dem. locus (c. 51) modo laudatus: καὶ τούτων πάλιν ἀμφοτέρων εἰς τὰς ἴσας διαιρεθέντων τομάς, τοῦ πραγματικοῦ μὲν εἴς τε τὴν παρασκευήν, ἣν οἱ παλαιοὶ καλοῦσιν εὕρεσιν, καὶ εἰς τὴν χρῆσιν τῶν παρεσκευασμένων, ἣν προσαγορεύουσιν οἰκονομίαν, τοῦ λεκτικοῦ δὲ εἰς <τε?> τὴν ἐκλογὴν τῶν ὀνο-

*) „Sunt autem civiles quaestiones, quarum perspectio in communem animi conceptionem potest cadere, quod Graeci κοινὴν ἔννοιαν vocant."

**) Quint. III 3,9: oeconomia graece appellata ex cura rerum domesticarum et hic per abusionem posita nomine latino caret.

μάτων καὶ εἰς τὴν σύνθεσιν τῶν ἐκλεγέντων. cf. de comp. verb. p. 404 Sch., de Isocr. iud. c. 4. p. 542 sq. R.

Τὸν λεκτικὸν τόπον similem in modum bipartitam fuisse, in ἐκλογὴν ὀνομάτων et σύνθεσιν extrema loci allati verba docent. His quattuor quasi capitibus totius artis rhetoricae, εὑρέσει dico et οἰκονομίᾳ, ἐκλογῇ et συνθέσει, aliae subiciuntur partes, quas ne infra retractare necesse sit, hic omittimus.

Simplicem hanc et naturalem partium divisionem non suam esse ipse testatur Halicarnassensis: οἱ παλαιοὶ ... προσαγορεύουσιν. Aliquot antiquorum qui sunt hac de re afferam locos Volkmannum Rhet.[2] p. 27 sq. ducem secutus. Isocrates or. IV 9: αἱ μὲν πράξεις αἱ προγεγενημέναι κοιναὶ πᾶσιν ἡμῖν κατελείφθησαν, τὸ δ' ἐν καιρῷ ταύταις καταχρήσασθαι καὶ τὰ προσήκοντα περὶ ἑκάστης ἐνθυμηθῆναι καὶ τοῖς ὀνόμασιν εὖ διαθέσθαι τῶν εὖ φρονούντων ἴδιόν ἐστιν. Ex his duplex oratoris munus facile elicias, τὸ ἐνθυμηθῆναι (πραγματικὸν τόπον) et τὸ τοῖς ὀνόμασιν εὖ διαθέσθαι (λεκτικὸν τόπον). Simili modo Dionysius loco supra allato et permultis aliis νοήματα (καὶ ἐνθυμήματα) ὀνόμασιν opposuit. Porro a Thucydide II 60, 5 Pericles laudatur fuisse οὐδενὸς ἥσσων γνῶναί τε τὰ δέοντα καὶ ἑρμηνεῦσαι ταῦτα, VIII 68, 1 Antiphon κράτιστος ἐνθυμηθῆναι γενόμενος καὶ ἃ γνοίη εἰπεῖν*). Simillimo modo Aristoteles art. rhet. III c. 1 artem dividit: οὐ γὰρ ἀπόχρη τὸ ἔχειν ἃ δεῖ λέγειν, ἀλλ' ἀνάγκη καὶ ταῦτα ὡς δεῖ εἰπεῖν, καὶ συμβάλλεται πολλὰ πρὸς τὸ φανῆναι ποιόν τινα τὸν λόγον**). Iam ipsam Dionysii partitionem deprendimus apud Ciceronem de partit. or. 1 § 3: C. F. ‚In quo est ipsa vis (oratoris)? C. P. In rebus et in verbis (πραγματικὸς et λεκτικὸς τόπος). Sed et res et verba invenienda sunt (εὕρεσις et ἐκλογή) et collocanda‘ (οἰκονομία et σύνθεσις). Quae unde sumpsisse putandus sit, ultima eiusdem libelli pagina docet § 139: ‚Expositae tibi omnes sunt oratoriae partitiones, quae qui-

---

*) Thucydidem imitatus esse videtur Cornelius Nepos Them. c. 1: celeriter quae opus erant reperiebat (εὕρεσις), facile eadem oratione explicabat (ἑρμηνεία).

**) ceterum Aristoteles tertiam partem statuit: πῶς χρὴ τάξαι τὰ μέρη τοῦ λόγου.

dem e media illa nostra Academia effloruerunt neque sine ea aut inveniri aut intellegi aut tractari possunt‘.

Ab antiquis igitur accepit Dionysius duplicem divisionem. De priore autem parte haec ab eo usurpantur nomina: πραγματικὸς τόπος, rarius τρόπος, τύπος, χαρακτήρ, (—ὸν) μέρος; πράγματα (τά περὶ τὰ πράγματα); νοήματα (διάνοια), ἐνθυμήματα; de altera parte haec: λεκτικὸς τόπος, τρόπος, τύπος, χαρακτήρ, (—ὸν) μέρος; λέξις (τὰ περὶ τὴν λέξιν), λέξεις, τὰ τοῦ λόγου; φράσις, ἀπαγγελία, ἑρμηνεία, ὀνομασία; verbis utitur ἑρμηνεύειν, ἀπαγγέλλειν, ὀνομάζειν. De utraque parte vocabulum ἰδέα quoque et θεωρία admittit.

A.

De rebus.

(πραγματικὸς τόπος).

Duplex est oratoris officium in parte quae est de rebus: inveniendi res et disponendi*). Locum principalem supra attuli; adde de compos. verb. p. 24 Sch., de Lys. iud. c. 15 p. 486 R, de Isocr. c. 4 p. 542 sq. R, de Isaeo c. 2 p. 589 R, de Thucyd. iud. c. 34 p. 896 R, alia. In historicos quoque ita vult hoc praeceptum cadere, ut ὑπόθεσιν vel προαίρεσιν et οἰκονομίαν historiarum distinguat, v. de Thucyd. iud. c. 34., epist. ad Pomp de praecip. hist. c. 3, 4, 6 p. 766 R sqq.

Dionysium huius bipartitionis auctorem non esse ipsius verba docent. Atque Aristoteles rhet. III 1 duas quidem partes distinguit, sed non eidem generi subicit: Τρία ἐστὶν ἃ δεῖ πραγματευθῆναι περὶ τὸν λόγον, ἓν μὲν ἐκ τίνων αἱ πίστεις ἔσονται (εὕρεσις**), δεύτερον δὲ περὶ τὴν λέξιν (λεκτικὸς τόπος), τρίτον δὲ πῶς χρὴ τάξαι τὰ μέρη τοῦ λόγου***) (οἰκονομία).

Εὕρεσιν et οἰκονομίαν postea a philosophis Academicis eidem generi subiectas et λεκτικὸν quoque τόπον dupliciter divisum esse testatur Cicero l. l. p. 6.

Paulo impeditior est altera quaestio, quaenam inventioni et oeconomiae subiecerit Dionysius.

---

*) quamquam hoc vocabulum graeco οἰκονομεῖν parum respondere video vidit que Quintilianus.

**) εὕρεσις Aristoteli in usu fuisse non videtur; εὑρεῖν usurpat de rhet. I c. 1.

***) τὰ μέρη τοῦ λόγου eodem quo Aristoteles dicit sensu Dionys. de Lys. iud. c. 16 p. 489 R. (partes orationis); aliter de comp. verb. p. 74 Sch., ubi ut alibi τὰ μέρη τοῦ λόγου = τὰ μέρη τῆς λέξεως = στοιχεῖα, vocabula (= λέξεις Stoicorum).

I.

De inventione et iudicio.

(εὕρεσις, κρίσις).

Inventioni iudicium subiecisse Dionysium colligo ex iud. de Isocr. c. 4 p. 542 R: Τὰ δ' ἐν πραγματικῷ τρόπῳ θεωρήματα τὰ μὲν ὅμοια τοῖς Λυσίου, τὰ δὲ κρείττονα. ἡ μὲν οὖν εὕρεσις ἡ τῶν ἐνθυμημάτων, ἡ πρὸς ἕκαστον ἁρμόττουσα πρᾶγμα πολλὴ καὶ πυκνὴ καὶ οὐδὲν ἐκείνης λειπομένη καὶ κρίσις ὡσαύτως ἀπὸ μεγάλης φρονήσεως γινομένη· τάξις δὲ καὶ μερισμοὶ τῶν πραγμάτων καὶ ἡ κατ' ἐπιχείρημα ἐξεργασία καὶ τὸ διαλαμβάνεσθαι τὴν ὁμοειδίαν ἰδίαις μεταβολαῖς καὶ ξένοις ἐπεισοδίοις τά τ' ἄλλα ὅσα περὶ τὴν πραγματικὴν οἰκονομίαν ἐστὶν ἀγαθά, πολλῷ μείζονά ἐστι παρ' Ἰσοκράτει καὶ κρείττονα. cf. de Isocr. c. 12, de Lys. c. 15 κριτικὸς ὢν δεῖ λέγειν et paulo infra εὕρεσιν et κρίσιν (σύγκρισιν libri).

Rem illustrat et confirmat Cicero or. c. 14 § 44: ‚Nam et invenire et iudicare quid dicas magna illa quidem sunt et tamquam animi instar in corpore, sed propria magis prudentiae quam eloquentiae' *) . . . c. 15 § 47 postquam dixit de locis unde sumuntur argumenta: ‚Nec vero utetur imprudenter hac copia, sed omnia expendet et seliget. Non enim semper nec in omnibus causis ex iisdem argumentorum momenta sunt. Iudicium igitur adhibebit nec inveniet solum quid dicat, sed etiam expendet. Nihil enim est feracius ingeniis iis praesertim, quae disciplinis exculta sunt. Sed ut segetes fecundae et uberes non solum fruges, verum herbas etiam effundunt inimicissimas frugibus, sic interdum ex illis locis aut levia quaedam aut causis aliena aut non utilia gignuntur; quorum ab oratoris iudicio delectus magnus adhibebitur.' Idem de partit. or. c. III § 8. Addo Quintiliani locum quo non immerito hanc divisionem impugnat, inst. or. III 3,5: ‚His (quinque orationis partibus) adiecerunt quidam sextam partem, ita ut inventioni iudicium subnecterent, quia primum esset invenire, deinde iudicare. Ego porro ne invenisse quidem credo eum, qui non iudicavit. . . . . Et Cicero quidem in rhetoricis iudicium subiecit inventioni; mihi autem adeo tribus primis partibus videtur esse permixtum, ut pro-

*) cf. Dionys. de Thud. iud. c. 34 p. 896 R.

nuntiationem quoque vel plurimum ex eo mutuari putem‘. Ex eodem Quintiliani loco (III 3,9) Hermagoram non inventioni, sed oeconomiae iudicium sive crisin subiecisse recte conclusit Striller de Stoicorum studiis rhet. p. 39, errat autem, quod Dionysium idem statuisse adnotat. Qui sint illi Quintiliani ‚quidam‘ quamquam nescimus, tamen, cum Ciceronem doctores graecos secutum esse constet, illam quoque divisionem supra Dionysium redire pro certo duco et ni fallor Ciceronis verba de part. or. § 139: ‚Expositae tibi omnes sunt oratoriae partitiones, quae quidem e media illa nostra Academia effloruerunt‘ sunt huc quoque referenda.

Sed iam de inventione ipsa. Eadem fere intercedit ratio inter rerum inventionem et oeconomiam, quae inter delectum verborum et compositionem; ‚ἐκλέγει‘ dicit de inveniendi opera Dionysius de Lys. iud. c. 15. cf. Cic. l. l. p. 6. Locupletissimus Dionysii de inventione locus est de Lys. iud. c. 15 p. 486 R: εὑρετικὸς γάρ ἐστι τῶν ἐν τοῖς πράγμασιν ἐνόντων λόγων ὁ ἀνήρ (Lysias), οὐ μόνον ὧν ἅπαντες εὕροιμεν <ἄν>, ἀλλὰ καὶ ὧν μηθείς· οὐδὲν γὰρ ἁπλῶς Λυσίας παραλείπει τῶν στοιχείων, ἐξ ὧν ὁμολογεῖ(?), οὐ τὰ πρόσωπα, οὐ τὰ πράγματα, οὐκ αὐτὰς τὰς πράξεις, οὐ τρόπους καὶ αἰτίας αὐτῶν, οὐ καιρούς, οὐ χρόνους, οὐ τόπους, οὐ τὰς ἑκάστου τούτων διαφορὰς ἄχρι τῆς εἰς ἐλάχιστον τομῆς, ἀλλ' ἐξ ἁπάσης θεωρίας καὶ παντὸς μερισμοῦ τὰς οἰκείας ἀφορμὰς ἐκλέγει. Sed neque satis dilucide indicat, num haec in omnia genera causarum cadere statuerit, neque copiosiorem singularum partium doctrinam tradit. Nil novi Dionysium hac in parte protulisse vix est cur argumentis comprobem. Exstant Aristotelis acutissimae et copiosissimae quaestiones ‚ἐκ τίνων αἱ πίστεις ἔσονται‘, satis accurate rem tractat Cornificius (rhet. ad Herenn. II 3 sqq.), Cicero in topicis tenuiora quidem quam exspectes profert, pleniora tamen quam illa Dionysiana.

De iudicio nihil habeo quod addam locis supra allatis.

II.
De oeconomia.

Oeconomiae quas subiecerit partes Dionysius satis luculenter docet de Thucyd. iud. c. 9 p. 825 R sq.: Ἃ δ' ἐλλι-

πέστερον κατεσκεύασε καὶ ἐφ' οἷς ἐγκαλοῦσιν αὐτῷ τινες, περὶ τὸ τεχνικώτερον μέρος ἐστὶ τοῦ πραγματικοῦ, τὸ λεγόμενον μὲν οἰκονομικόν, ἐν ἁπάσαις δὲ γραφαῖς ἐπιζητούμενον, ἐάν τε φιλοσόφους προέληταί τις ὑποθέσεις, ἐάν τε ῥητορικάς. ταῦτα δέ ἐστι τὰ περὶ τὴν διαίρεσιν καὶ τὰ περὶ τὴν τάξιν καὶ τὰ περὶ τὰς ἐξεργασίας. Aperte igitur τὸ οἰκονομικὸν has tres res habere indicat: διαίρεσιν, τάξιν, ἐξεργασίας.

1. Διαίρεσις, μερισμοί,*) partitio. Praecepta de hac parte ex iudicio de Thucydide imprimis colligi possunt. Id potissimum spectandum monet, ne res aliquo nexu inter se cohaerentes divellantur (de Thuc. c. 9).

2. Τάξις, ordo. Apud Aristotelem τάξις ut εὕρεσις et λέξις pars est totius artis oratoriae et respondet Dionysii οἰκονομίᾳ. Ad hanc quoque partem illustrandam nonnulla praebet de Thucydide iudic. c. 10 p. 830 R: αἰτιῶνται δὲ καὶ τὴν τάξιν αὐτοῦ τινες, ὡς οὔτ' ἀρχὴν τῆς ἱστορίας εἰληφότος, ἣν ἐχρῆν, οὔτε τέλος ἐφηρμοκότος αὐτῇ τὸ πρέπον κτέ. cf. etiam c. 11.

3. Ἐξεργασίαι sive ἐξεργασία, (fort. etiam ἐργασία), expolitio. Huc pertinent ἡ κατ' ἐπιχείρημα ἐξεργασία καὶ τὸ διαλαμβάνεσθαι τὴν ὁμοειδίαν ἰδίαις μεταβολαῖς καὶ ξένοις ἐπεισοδίοις (τὰ τ' ἄλλα) v. l. s. l. Plura praebet de Lys. iud. c. 15 (et de Din. c. 8): περὶ τὰς ἐξεργασίας τῶν ἐπιχειρημάτων ἀφελής τις καὶ ἀπερίεργός ἐστιν· οὔτε γὰρ προκατασκευαῖς οὔτ' ἐφόδοις οὔτε μερισμοῖς οὔτε ποικιλίαις σχημάτων οὔτε ταῖς ἄλλαις τοιαύταις πανουργίαις εὑρίσκεται χρώμενος. De Thucyd. c. 13: Ὅτι δὲ καὶ περὶ τὰς ἐξεργασίας τῶν κεφαλαίων ἧττον ἐπιμελής ἐστιν ἢ πλείονας τοῦ δέοντος λόγους ἀποδιδοὺς τοῖς ἐλαττόνων δεομένοις ἢ ῥᾳθυμότερον ἐπιτρέχων τὰ δεόμενα πλείονος ἐξεργασίας κτλ.**) Notatu dignissimum est Dionysium ut σχήματα λέξεως i. e. verborum figuras (ornamenta, lumina) λεκτικῷ τρόπῳ tribuit, ita σχήματα διανοίας i. e. sententiarum lumina πραγματικῷ τρόπῳ antiquos secutum subiecisse.

---

*) verbum μερίζειν usurpat de Isocr. c. 12.

**) Plura de ἐξεργασίᾳ sive ut Hermogenes (Spengel Rhet. gr. II 619) eiusque asseclae dicebant ἐργασίᾳ exhibet Matth. Camar. Rhet. gr. VI p. 639 W. sq.

Iam unde nata sit haec triplex oeconomiae divisio, quaeris. Haereo; sed illud moneo: memorat „τινάς" Dionysius qui in his partibus reprehenderunt scriptores, unde divisionem nosse videntur; adde quod nova non silentio proferre solet.

Iuvabit cum Dionysii doctrina conferre quae Cornificius de dispositione et expolitione praecipit III 9,16: ‚Quoniam dispositio est per quam illa quae invenimus in ordinem redigimus, ut certo quidque loco pronuntietur, videndum est cuiusmodi rationem in disponendo habere conveniat.' et quae sequuntur; IV 42,54—58: ‚Expolitio est, quum in eodem loco manemus et aliud atque aliud dicere videmur' etc. Sed est Cornificio expolitio inter sententiarum lumina sive ornamenta nec explet omnem ἐξεργασιῶν Dionysii ambitum. Ceterum quomodo ἐξεργασιῶν et λεκτικοῦ τόπου fines servaverit Dionysius, vix video.

Tenuia quidem sunt, quae de rerum inventione et oeconomia ex Dionysio collegimus, sed Dionysius ipse de rebus minus copiose et subtiliter egit aliorum recentioris aetatis rhetorum exemplum secutus. Post Aristotelem nemo fere rhetorum exstitit, qui quam ille firmis altisque ut summus philosophus fundamentis condiderat huius partis doctrinam, exstrueret et perficeret. Certabant de nominibus, divisionibus, figuris similibusque nugis, de rebus proferebant perpauca.*)

---

*) cf. quae Menedemus de rhetoricis doctoribus iudicat apud Cic. de or. I. 19,86.

B.

De verbis.

(λεκτικὸς τόπος).

Accedere ad λεκτικὸν τόπον invitat de compositione verborum liber. Sed priusquam hanc partem aggrediar, pauca de bipartitione addam. Dionysius enim omnem elocutionem, ut supra ostendi, divisit in ἐκλογὴν ὀνομάτων et σύνθεσιν ὀνομάτων nec primus divisit. Theophrastum quidem omnem elocutionem distribuisse in partes tres testis est Dionysius de Isocr. iud. c. 3: Καθόλου δὲ τριῶν ὄντων, ὥς φησι Θεόφραστος, ἐξ ὧν γίνεται τὸ μέγα καὶ σεμνὸν καὶ περιττὸν ἐν λέξει, τῆς τ' ἐκλογῆς τῶν ὀνομάτων καὶ τῆς ἐκ τούτων ἁρμονίας (= συνθέσεως) καὶ τῶν περιλαμβανόντων αὐτὰ σχημάτων. Dionysius ipse σχήματα partim electioni partim compositioni (antiquos secutus) subici voluit de Thuc. c. 22: καὶ ὅτι τούτοις ἀμφοτέροις συμβέβηκε, λέγω δὴ (an δὲ?) τοῖς τε ἁπλοῖς καὶ ἀτόμοις ὀνόμασι καὶ τοῖς ἐκ τούτων συνθέτοις τὰ καλούμενα σχήματα .... εἴρηται πολλοῖς πρότερον. Atque Cicero quidem pluribus locis bipartitionem ut alibi Graecos secutus exhibet de orat. I 5, 17: oratio conformanda non solum electione, sed etiam constructione verborum. Idem III 37, 149: Omnis igitur oratio conficitur ex verbis; quorum primum nobis ratio simpliciter videnda est (ἐκλογὴ ὀνομάτων), deinde coniuncte (σύνθεσις ὀνομάτων). Nam est quidam ornatus orationis, qui ex singulis verbis est; alius qui ex continuatis coniunctisque verbis constat (III 43, 171 ‚continuatio verborum‘, quam falso περίοδον esse vult Piderit). Idem de part. or. § 3 (v. s.): et res et verba invenienda sunt et collocanda. Quintil. III 3, 9: Theodorei fere inventionem duplicem rerum atque elocutionis (sc. tradiderunt).

I.
De verborum electione.
(ἐκλογὴ ὀνομάτων).

Dionysius cum ad Rufum filium diem natalem celebrantem librum de compositione verborum mitteret, de electione verborum die natali redeunte missurum se aperte promittit de comp. verb. p. 14 Sch.: Ἐὰν δὲ ἐγγένηταί μοι σχολή, καὶ περὶ τῆς ἐκλογῆς τῶν ὀνομάτων ἑτέραν ἐξοίσω σοι γραφήν, ἵνα τὸν λεκτικὸν τόπον τελείως ἐξειργασμένον ἔχῃς· ἐκείνην μὲν οὖν τὴν πραγματείαν εἰς νέωτα πάλιν ὥραις ταῖς αὐταῖς προσδέχου, θεῶν ἡμᾶς φυλαττόντων ἀσινεῖς τε καὶ ἀνόσους, εἰ δή ποτε ἡμῖν ἄρα τούτου πέπρωται βεβαίως τυχεῖν.*) Quem librum utrum scripserit necne, non satis patet; utique si eo quo in animo habuerat tempore composuit, inter priora Dionysii opuscula rhetorica necesse est referamus. Ceterum seu ipse promisso defuit, seu liber de electione verborum temporum iniuria deperiit, in libris qui feruntur deprendimus Halicarnassensem de hac quoque re hic illic praecepta tradentem. Colligenda igitur sunt dispersa et disponenda.

Dionysius, ut in libro de compositione verborum fecerat, hic quoque huiusmodi capita ponere potuit: Τίς ἐστιν ἡ ἐκλογή; τίνα ἰσχὺν ἔχει; τίνα τῆς ἐκλογῆς ἔργα; τίνων στοχάζεται; καὶ πῶς αὐτῶν τυγχάνει; similia. His praemittere potuit quae dicenda ei videbantur de superiorum studiis. Et habemus ipsius testimonium, quo de eligendis verbis philosophos et rhetores plures libros condidisse quam de compositione affirmat, de comp. p. 22 Sch.: Καὶ μηδεὶς ἡγήσηται παράδοξον πολλῶν καὶ μεγάλων ὄντων θεωρημάτων περὶ τὴν ἐκλογήν, ὑπὲρ ὧν πολὺς ἐγένετο φιλοσόφοις τε καὶ ῥητορικοῖς ἀνδράσι λόγος, ἡ σύνθεσις, δευτέραν ἔχουσα χώραν τῇ τάξει καὶ λόγων οὐδὲ πολλοῦ δεῖ τῶν ἴσων ἐκείνῃ τυχοῦσα, τοσαύτην ἰσχὺν ἔχει καὶ δύναμιν, ὥστε περιεῖναι πάντων τῶν ἐκείνης ἔργων καὶ κρατεῖν, ἐνθυμούμενος, ὅτι καὶ αἱ περὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν, ὅσαι διαφόρους ὕλας λαμβάνουσαι συμφορητὸν ἐκ τούτων ποιοῦσι τὸ τέλος, ... αἱ συνθετικαὶ δυνάμεις τῇ μὲν τάξει δεύτεραι τῶν ἐκλεκτικῶν εἰσι, τῇ δὲ δυνάμει

*) simillima sunt verba de Dem. c. 58: ἐὰν σώζῃ τὸ δαιμόνιον ἡμᾶς, ex quibus vereor ut merito W. Christ (Griech. Litteraturg. p. 476) coniecerit Dionysium hunc librum senem composuisse.

πρότεραι. Eadem fere tradit Cicero or. c. 55 § 185 sq.: ‚Omnino duo sunt, quae condiant orationem, verborum numerorumque iucunditas (ἐκλογή, σύνθεσις). In verbis inest quasi materia quaedam, in numero autem expolitio. Sed ut ceteris in rebus necessitatis inventa antiquiora sunt quam voluptatis, ita in hac re accidit, ut multis saeculis ante oratio nuda ac rudis ad solos animorum sensus exprimendos fuerit reperta, quam ratio numerorum causa delectationis aurium excogitata. Itaque et Herodotus et eadem superiorque aetas numero caruit, nisi quando temere ac fortuito, et scriptores perveteres*) de numero nihil omnino, de oratione praecepta multa nobis reliquerunt. Nam quod et facilius est et magis necessarium, id semper ante cognoscitur. Itaque tralata aut facta aut iuncta facile sunt cognita, quia sumebantur e consuetudine cotidianoque sermone. Numerus autem non domo depromebatur neque habebat aliquam necessitudinem aut cognationem cum oratione. Itaque serius aliquanto notatus et cognitus quasi quandam palaestram (— hoc quoque graecum redolet fontem —) et extrema liniamenta orationi attulit.‘ cf. Quintil. VII prooem. 1. Num illa quae supra indicavi electionis capita statuerit Dionysius, dubitari potest, in duas partes autem eum delectum verborum divisisse, docet de Thucyd. iud. c. 22, cuius loci iam saepius laudati partem apponere non pigebit: Ὅτι μὲν οὖν ἅπασα λέξις εἰς δύο μέρη διαιρεῖται τὰ πρῶτα, εἴς τε τὴν ἐκλογὴν τῶν ὀνομάτων, ὑφ' ὧν δηλοῦται τὰ πράγματα (v. s. Cic.: ad solos animorum sensus exprimendos) καὶ εἰς τὴν σύνθεσιν τῶν ἐλαττόνων τε καὶ μειζόνων μορίων, καὶ ὅτι τούτων αὖθις ἑκάτερον εἰς ἕτερα μόρια διαιρεῖται, ἡ μὲν ἐκλογὴ τῶν στοιχειωδῶν μορίων, ὀνοματικῶν λέγω καὶ ῥηματικῶν καὶ συνδετικῶν, εἴς τε τὴν κυρίαν φράσιν καὶ εἰς τὴν τροπικήν . . . εἴρηται πολλοῖς πρότερον.

Theophrastus quidem in libro περὶ λέξεως quaesiverat: τίς ἡ κυρία λέξις; τίς δὲ ἡ μεταφορική; cuius rei testis est Simplicius ad Aristot. categ. edit. Basil. 1551 p. 3, M. Schmidt

---

*) perveteres secernendi a veteribus (antiquis, Aristotele, Theophrasto, Theodecte, Ephoro, or. § 218), cf. de or. III § 173.

de Theophrasto rhetore p. 38. Cicero orat. c. 24 § 80 haec docet: ‚Supellex est enim quodammodo nostra quae est in ornamentis alia rerum, alia verborum. Ornatus autem verborum duplex: unus simplicium, alter collocatorum. Simplex probatur in propriis usitatisque verbis, quod aut optime sonant aut rem maxime explanant;*) in alienis aut translatum aut factum aliunde ut mutuo, aut factum ab ipso aut novum aut priscum et inusitatum.‘

Bipartitum igitur electum accepit verborum Dionysius: κυρίαν φράσιν et τροπικήν. His ‚σχήματα‘ quoque inesse debent et ‚αἱ ἀναγκαῖαι ἀρεταί‘.

1.
De propriis verbis.
(κυρία φράσις).

Quam dicat Dionysius κυρίαν φράσιν, illustrat de Lys. iud. c. 3: ἡ διὰ τῶν κυρίων τε καὶ κοινῶν καὶ ἐν μέσῳ κειμένων ὀνομάτων ἐκφέρουσα τὰ νοούμενα· ἥκιστα γὰρ ἄν τις εὕροι Λυσίαν τροπικῇ φράσει χρησάμενον. Idem de Demosth. c. 5 καθαρὰν φράσιν, ἀκριβῆ διάλεκτον, κυρίαν λέξιν verbo ἑλληνίζειν comprehendit. Rem iam apud Isocratem reperimus orat. IX 8—12, ubi τὰ τεταγμένα et πολιτικὰ ὀνόματα opponuntur τοῖς ξένοις καὶ καινοῖς καὶ μεταφοραῖς. cf. Cic. locum supra laudatum. Idem Isocrates or. V 4 tradit quosdam orationem laudare solere ‚ὡς ἀκριβῶς καὶ καθαρῶς ἔχουσαν.‘ Etiam Aristoteles de verbis eligendis similia statuerat atque Dionysius rhet. III c. 2 (p. 1404ᵇ): ‚κλέπτεται δ' εὖ, ἐάν τις ἐκ τῆς εἰωθυίας διαλέκτου ἐκλέγων συντιθῇ... ὄντων δ' ὀνομάτων καὶ ῥημάτων ἐξ ὧν ὁ λόγος συνέστηκεν, τῶν δὲ ὀνομάτων τοσαῦτ' ἐχόντων εἴδη ὅσα τεθεώρηται ἐν τοῖς περὶ ποιητικῆς, τούτων γλώτταις μὲν καὶ διπλοῖς ὀνόμασι καὶ πεποιημένοις ὀλιγάκις καὶ ὀλιγαχοῦ χρηστέον, ...τὸ δὲ κύριον καὶ τὸ οἰκεῖον καὶ μεταφορὰ μόνα χρήσιμα πρὸς τὴν τῶν ψιλῶν λόγων λέξιν.‘ Κύριον et οἰκεῖον idem fere significant; μεταφορά autem id est quod Dionysius appellat τροπικὴν φράσιν.

Quas propriae elocutionis partes esse voluerit, difficile est ad enucleandum. Καθαρὰν λέξιν et ἀκριβῆ διάλεκτον, quas alibi seiungit a κυρίᾳ λέξει, hic ei subiectas fuisse puto.

*) cf. Theophrasti locum p. 17 laudatum.

Praeterea dicendum erat de vocabulorum vi et indole nec non de vocabulis evitandis, quae de Thuc. c. 35 et aliis locis notat, γλωττηματικά et ξένα, καινὰ et ἀπηρχαιωμένα et πεποιημένα.

Sed de his rebus multum iam ante Dionysium disputatum fuisse Isocratis, Aristotelis, Theophrasti, Cornificii, Ciceronis, ipsius Dionysii testimonia probant. De ἑλληνισμῷ disputavit Aristoteles rhet. III c. 5: ὁ μὲν οὖν λόγος συντίθεται ἐκ τούτων, ἔστι δ' ἀρχὴ τῆς λέξεως τὸ ἑλληνίζειν· τοῦτο δ' ἐστὶν ἐν πέντε, πρῶτον μὲν ἐν τοῖς συνδέσμοις, ἂν ἀποδιδῷ τις ὡς πεφύκασι πρότεροι καὶ ὕστεροι γίγνεσθαι ἀλλήλων, . . . δεύτερον δὲ τὸ τοῖς ἰδίοις ὀνόμασι λέγειν καὶ μὴ τοῖς περιέχουσιν· τρίτον μὴ ἀμφιβόλοις . . ., τέταρτον ὡς Πρωταγόρας τὰ γένη τῶν ὀνομάτων διῄρει, ἄρρενα καὶ θήλεα καὶ σκεύη . . ., πέμπτον ἐν τῷ τὰ πολλὰ καὶ ὀλίγα καὶ ἓν ὀρθῶς ὀνομάζειν. Aristoteles κυρίαν λέξιν et καθαρὰν et ἀκριβῆ διάλεκτον partes ἑλληνισμοῦ statuit. De verborum vi, natura, generibus et simplicium et copulatorum disputaverant dialectici (Stoici), quibus de vide Cic. or. c. 32 § 115.

Ex Ciceronis verbis paulo ante positis ,simplex <ornatus> probatur in propriis usitatisque verbis, quod aut optime sonant aut rem maxime explanant', colligo etiam ea quae de pulchritudine vocabulorum disputata erant doctrinae de κυρίᾳ φράσει subiecta fuisse. Atque Theophrastum de verborum indole disputasse Dionysius ipse testatur de comp. p. 210/12 Sch: Φημὶ δὲ τὸν βουλόμενον ἐργάσασθαι λέξιν καλὴν ἐν τῷ συντιθέναι τὰς φωνάς, ὅσα καλλιλογίαν καὶ μεγαλοπρέπειαν ἢ σεμνότητα περιείληφεν ὀνόματα εἰς τοῦτο συνάγειν. εἴρηται δέ τινα περὶ τούτων καὶ Θεοφράστῳ τῷ φιλοσόφῳ κοινότερον ἐν τοῖς περὶ λέξεως, ἔνθα ὁρίζει, τίνα ὀνόματα καλά, παραδείγματος ἕνεκα ὧν συντιθεμένων καλὴν οἴεται καὶ μεγαλοπρεπῆ γενήσεσθαι τὴν φράσιν, καὶ αὖθις ἕτερα μικρὰ καὶ ταπεινά, ἐξ ὧν οὔτε ποίημα χρηστὸν ἔσεσθαί φησιν οὔτε λόγον· καὶ μὰ Δία οὐκ ἀπὸ σκοποῦ ταῦτα τῷ ἀνδρὶ εἴρηται. Plura de verborum pulchritudine ex Theophrasti doctrina disputat Demetrius περὶ ἑρμην. § 173—175: Ποιεῖ δὲ εὔχαριν τὴν ἑρμηνείαν καὶ τὰ λεγόμενα καλὰ ὀνόματα. ὡρίσατο*) δ' αὐτὰ

---

*) adnotatum a Walzio: „Dionysius T. II. p. 9 ad λέξιν καλὴν refert μεγαλοπρέπειαν, τὸ βάρος, σεμνολογίαν, ἀξίωμα, τὸ πιθανόν. (recte!) Verborum autem singulorum pulchritudinem ignorat". (falso!)

Θεόφραστος οὕτως· κάλλος ὀνόματός ἐστι τὸ πρὸς τὴν ἀκοὴν ἢ πρὸς τὴν ὄψιν ἡδὺ ἢ τὸ τῇ διανοίᾳ ἔντιμον. Πρὸς μὲν τὴν ὄψιν ἡδέα τὰ τοιαῦτα, ῥοδόχροον, ἀνθοφόρου χρόας. ὅσα γὰρ ὁρᾶται ἡδέως, ταῦτα καὶ λεγόμενα καλά ἐστι. πρὸς δὲ τὴν ἀκοήν, Καλλίστρατος, Ἀννοῶν. ἥ τε γὰρ τῶν λάμβδα σύγκρουσις ἠχῶδές τι ἔχει καὶ ἡ τῶν νῦ γραμμάτων. Καὶ ὅλως τὸ νῦ δι' εὐφημίαν ἐφέλκονται οἱ Ἀττικοί, Δημοσθένην λέγοντες καὶ Σωκράτην. Τῇ διανοίᾳ δὲ ἔντιμα τὰ τοιαῦτά ἐστιν, οἷον τὸ ἀρχαῖοι ἀντὶ τοῦ παλαιοὶ ἐντιμότερον· οἱ γὰρ ἀρχαῖοι ἄνδρες ἐντιμότεροι. Dionysius verbis ,εἴρηταί τινα .... κοινότερον' paulum de Theophrasti hac in re laude detraxisse videtur. Quamquam philosophus de pulchritudine verborum doctrinam auxisse putandus est, invenisse non item. Aristoteles enim rhet. III c. 2 (p. 1405b) haec tradit: ,Κάλλος δὲ ὀνόματος τὸ μὲν ὥσπερ Λικύμνιος (v. Speng. Syn. p. 88- 91) λέγει, ἐν τοῖς ψόφοις ἢ τῷ σημαινομένῳ, καὶ αἶσχος δὲ ὡσαύτως. ἔτι δὲ τρίτον, ὃ λύει τὸν σοφιστικὸν λόγον· οὐ γὰρ ὡς ἔφη Βρύσων (v. Speng. adnot.) οὐθένα αἰσχρολογεῖν, εἴπερ τὸ αὐτὸ σημαίνει τόδε ἀντὶ τοῦδε· τοῦτο γάρ ἐστιν ψεῦδος· ἔστιν γὰρ ἄλλο ἄλλου κυριώτερον καὶ ὡμοιωμένον μᾶλλον καὶ οἰκειότερον τῷ ποιεῖν τὸ πρᾶγμα πρὸ ὀμμάτων ..... τὰς δὲ μεταφορὰς ἐντεῦθεν οἰστέον, ἀπὸ καλῶν ἢ τῇ φωνῇ ἢ τῇ δυνάμει (v. Theophrasti διανοίᾳ) ἢ τῇ ὄψει ἢ ἄλλῃ τινὶ αἰσθήσει· διαφέρει δ' εἰπεῖν, οἷον ῥοδοδάκτυλος ἠὼς μᾶλλον ἢ φοινικοδάκτυλος ἢ ἔτι φαυλότερον ἐρυθροδάκτυλος.' cf. Cic. or. § 72: Etsi sine re nulla vis verbi est, tamen eadem res saepe aut probatur aut reicitur alio atque alio elata verbo.

Musicos quoque huic quaestioni operam impendisse testatur Demetrius, qui locum, quem supra apposui, hunc in modum continuat (§ 176): παρὰ δὲ τοῖς μουσικοῖς λέγεταί τι ὄνομα λεῖον καὶ ἕτερον τραχὺ καὶ ἄλλο εὐπαγὲς καὶ ἄλλο ὀγκηρόν. Rem explanat exemplis. Musicos inprimis intellegendos esse puto Aristoxeneos.

Quaestionibus de propriis verbis adiecisse videtur Dionysius, id quod Cicero fecerat de or. III c. 10, disputationem de virtutibus orationis, quae huc pertinent, perspicuitatem imprimis dico. ,Πρέπουσαν ἐκλογήν' indicat de comp. p. 272 Sch.

2.

De alienis verbis sive de tropis.

(τροπικὴ κατασκευή, τροπικαὶ ἰδέαι).

Perpauca sunt quae de Dionysii doctrina de tropis afferre possum. De Demosth. c. 5 p. 966 R: μάλιστα δὲ χειμάζεται (ἡ Πλάτωνος λέξις) περὶ τὴν τροπικὴν φράσιν· πολλὴ μὲν γὰρ ἐν τοῖς ἐπιθέτοις, ἄκαιρος δ' ἐν ταῖς μετωνυμίαις· σκληρὰ δὲ καὶ οὐ σώζουσα τὴν ἀναλογίαν ἐν ταῖς μεταφοραῖς γίνεται· ἀλληγορίας τέ (an δὲ?) περιβάλλεται μακρὰς καὶ πολλὰς οὔτε μέτρον ἐχούσας οὔτε καιρόν. cf. de Isocr. c. 11: ἡ δ' Ἰσοκράτους λέξις προσλαβοῦσά τι τῆς τροπικῆς κατασκευῆς μέχρι τοῦ μὴ λυπῆσαι προῆλθε. De Lysia c. 3 p. 457 R: μεταβολαῖς (v. p. 20) τε πολλαῖς χρώμενοι καὶ ὑπερβολαῖς καὶ ταῖς ἄλλαις τροπικαῖς ἰδέαις. Sed ex verbis de Thucyd. iud. c. 31 p. 891 R: ,Καὶ ὅρκοι, φησίν, εἴ που ἄρα ἐγίγνοντο [apud Thucydidem γένοιντο, quod hic reponendum] ξυναλλαγῆς, ἐν τῷ αὐτίκα πρὸς τὸ ἄπορον ἑκατέρῳ διδόμενοι ἴσχυον, οὐκ ἐχόντων ἄλλοθεν δύναμιν.' ἐν τούτοις (Thucydides verbis) ὑπέρβατόν τε καὶ περίφρασις, vix recte tropum elicere conatur Roefsler l. l. p. 43. v. de Thucyd. c. 7 et 19.

Copiosius et diligentius disputatum est de tropis ab Aristotele rhet. III c. 2, nec non verisimile est doctrinam ab Aristotelis discipulis et Isocrateis longius promotam esse, ut Dionysium quidquam novi addidisse verisimile non sit.

Ex locis Dionysii allatis hi colliguntur tropi (v. Roefsler p. 43):

Μεταφορά (translatio). Μεταφορὰν iam Isocrates eodem quo posteriores sensu usurpat orat. IX § 9.

Μετωνυμία. De μετωνυμίᾳ et ὑπαλλαγῇ v. Volkm. Rhet.² p. 423. Cicero orat. 27 § 93: Quod quamquam transferendo fit, tamen alio modo transtulit, quum dixit Ennius: ,Arce et urbe orba sum', alio modo si pro patria arcem dixisset; et ,horridam Africam terribili tremere tumultu', quum dicit, pro Afris immutat Africam. Hanc ὑπαλλαγὴν rhetores, quia quasi summutantur verba pro verbis, μετωνυμίαν grammatici vocant, quod nomina transferuntur.

Ἀλληγορία. Pergit Cicero l. l.: Aristoteles autem tralationi (μεταφορᾷ) et haec ipsa subiungit et abusionem, quam κατάχρησιν vocant, ut quum ‚minutum' dicimus animum pro ‚parvo', et abutimur verbis propinquis, si opus est, vel quod delectat vel quod decet. Iam quum confluxerunt plures continuae tralationes, alia plane fit oratio. Itaque genus hoc Graeci appellant ἀλληγορίαν, nomine recte, genere melius ille, qui ista omnia tralationes vocat. cf. Cornif. IV 34, 46.

Μεταβολή (?). Μεταβολὴ inter figuras refertur, ut Volkmann Rhet.[2] p. 473 et index rhetoricus in Spengelii editione rhetorum graec. docent; sed haud scio an Dionysii loco supra allato pro vocabulo μεταβολαῖς reponendum sit ex Reiskii coniectura μεταφοραῖς.

Ὑπερβολή. Cornificius rhet. ad Herenn. III 33, 44: Superlatio est oratio superans veritatem alicuius augendi minuendive causa. Cic. de or. III 54, 203.

Troporum frigidum (τὸ ψυχρόν), quod Aristoteles quattuor rebus accidere docet (rhet. III c. 3), Dionysium quoque notasse et alii loci ostendunt et de Isocr. c. 11 verba ‚μέχρι τοῦ μὴ λυπῆσαι.' Tralationes Dionysium non ita studiose commendasse et ex ipsius genere dicendi et ex iudiciis de veteribus oratoribus colligere licet. Et hoc quoque Isocrateorum doctrinae convenit. Isocrat. fragm. 12 (Baiter-Sauppe or. att.): ὀνόματι δὲ χρῆσθαι ἢ μεταφορᾷ μὴ σκληρᾷ ἢ τῷ καλλίστῳ ἢ τῷ ἥκιστα πεποιημένῳ ἢ τῷ γνωριμωτάτῳ.

II.

De compositione verborum.

(περὶ συνθέσεως ὀνομάτων). *

Artem verba componendi aequo diutius neglectam iacuisse queritur Dionysius de comp. verb. p. 22 Sch. Cicero

*) Rhet. graec. VII p. 964 W.: Dionysii opus laudatur verbis „ἐν τῷ περὶ συνθήκης ὀνομάτων συγγράμματι"; Dionysius ipse περὶ συνθέσεως ὀνομάτων sive τῶν ὀνομάτων dicit, eodem fere sensu ἁρμονίαν usurpat ut Theophrastus; ἁρμογῇ structuram (constructionem) verborum significat,

se primum diligentius de numeris, quae est primaria compositionis pars, disputasse affirmat or. c. 67 § 226: ‚quoniam plura de numerosa oratione diximus quam quisquam ante nos, nunc de eius generis utilitate dicemus.' § 186.: ‚scriptores perveteres de numero nihil omnino, de oratione praecepta multa nobis reliquerunt‘. Idem Brut. c. 17 § 68. cf Quintil. IX 4, 7: ‚Confiteor paene ultimam oratoribus artem compositionis, quae perfecta sit, contigisse.‘ Tamen se non primum hanc disciplinam aggressum esse ipse testatur Halicarnassensis de comp. p. 12 Sch: Εἰς δὴ τοῦτο τὸ μέρος (λεκτικὸν τόπον), ὃ δεῖ πρῶτον νέοις ἀσκεῖσθαι, συμβάλλομαί σοι μέρος εἰς τὸν ἔρωτα τὸν (verba merito addubitata) περὶ συνθέσεως τῶν ὀνομάτων, πραγματείαν οὐκ ὀλίγοις μὲν ἐπὶ νοῦν ἐλθοῦσαν, ὅσοι τῶν ἀρχαίων ῥητορικὰς ἢ καὶ διαλεκτικὰς*) συνέγραψαν τέχνας, οὐδενὶ δὲ ἀκριβῶς οὐδ' ἀποχρώντως μέχρι τοῦ παρόντος ἐξειργασμένην, ὡς ἐγὼ πείθομαι.

Iam singula compositionis capita ipso Dionysio duce perlustremus et quae a superioribus recepisse videatur ostendamus, quaestionem non iam integram, utpote a Georgio Mestwerdt (De Dionysii Halic. in compos. verb. studiis, Gottingae 1858) haud infeliciter temptatam.

Caput I.

Quae sit compositionis natura.

(Τίς ἐστιν ἡ τῆς συνθέσεως φύσις; p. 16).

De comp. verb. p. 18 Sch: Ἡ σύνθεσίς ἐστιν, ὥσπερ καὶ αὐτὸ δηλοῖ τοὔνομα, ποιά τις θέσις παρ' ἄλληλα τῶν τοῦ λόγου μορίων, ἃ δὴ καὶ στοιχεῖά τινες τῆς λέξεως καλοῦσι.

συζυγία coniunctionem sive iuncturam. Sed sunt verbi propinqua et saepe non minus difficilia ad discernendum quam latina, v. Causeret, Etude sur la langue rhétorique et de la critique littéraire dans Cicéron (Paris. 1886) p. 117 sqq.: verba coniuncta, collocata, continuata, copulata, composita, structa; coniunctio (iunctura), collocatio, continuatio, (copulatio), compositio, structura, constructio verborum. Maxime Dionysii συνθέσει respondet continuatio verborum (Cic. or. III 43, 171) sive perpetua oratio (ib. § 201), quae significatio fugit Causeretium.

*) Stoicos imprimis intellegendos esse docet Cicero de or. c. 32 (Zenonem et Chrysippum nominat).

Idem de Thucyd. c. 22 (σύνθεσις τῶν ἐλαττόνων καὶ μειζόνων μορίων.) Ex posteriore loco apparet haec quoque ad antiquos redire. Pergit Dionysius p. 18: Ταῦτα (στοιχεῖα) δὲ Θεοδέκτης μὲν καὶ Ἀριστοτέλης καὶ οἱ κατ' ἐκείνους φιλοσοφήσαντες χρόνους ἄχρι τριῶν προήγαγον ὀνόματα καὶ ῥήματα καὶ συνδέσμους πρῶτα μέρη τῆς λέξεως ποιοῦντες. Οἱ δὲ μετ' αὐτοὺς γενόμενοι, καὶ μάλιστα οἱ τῆς Στωικῆς αἱρέσεως ἡγεμόνες ἕως τεττάρων προυβίβασαν, χωρίσαντες ἀπὸ τῶν συνδέσμων τὰ ἄρθρα. Εἶθ' οἱ μεταγενέστεροι τὰ προσηγορικὰ*) διελόντες ἀπὸ τῶν ὀνοματικῶν πέντε ἀπεφήναντο. Ἕτεροι δὲ καὶ τὰς ἀντωνυμίας ἀποζεύξαντες ἀπὸ τῶν ὀνομάτων ἕκτον στοιχεῖον ἐποίησαν. Οἱ δὲ καὶ τὰ ἐπιρρήματα διεῖλον ἀπὸ τῶν ῥημάτων καὶ τὰς προθέσεις ἀπὸ τῶν συνδέσμων καὶ τὰς μετοχὰς ἀπὸ τῶν προσηγορικῶν. Οἱ δὲ καὶ ἄλλας τινὰς εἰσάγοντες (εἰσαγαγόντες cetera participia postulant) τομὰς πολλὰ τὰ πρῶτα μόρια τῆς λέξεως ἐποίησαν, ὑπὲρ ὧν οὐ μικρὸς ἂν εἴη λόγος. cf. de Dem. c. 48.

Quintilianum Dionysii locum ad verbum paene transscripsisse Uptonus aliique contenderunt. At vide paucis differre Dionysii et Quintiliani exemplum. Quint. I 4, 18: ‚Veteres, quorum fuerunt Aristoteles quoque atque Theodectes [nominum ordo inversus], verba modo et nomina et convinctiones tradiderunt: videlicet quod in verbis vim sermonis, in nominibus materiam**) — quia alterum est quod loquimur, alterum de quo loquimur —, in convinctionibus autem complexum esse eorum iudicaverunt. Paulatim a philosophis ac maxime Stoicis auctus est numerus: ac primum convinctionibus articuli adiecti, praepositiones, nominibus appellatio, deinde pronomen, deinde mistum verbo participium, ipsis verbis adverbia.‘ Vides nonnulla adiecta plura immutata; num de suo addiderit Quintilianus, num suo arbitrio immutaverit, quaeritur. Quid, si utrumque ex eisdem fontibus hausisse statuemus?

---

*) Dionysius Thrax art. gramm. p. 23 Uhlig: τοῦ δὲ λόγου μέρη ἐστὶν ὀκτώ· ὄνομα, ῥῆμα, μετοχή, ἄρθρον, ἀντωνυμία, πρόθεσις, ἐπίρρημα, σύνδεσμος. ἡ γὰρ προσηγορία ὡς εἶδος τῷ ὀνόματι ὑποβέβληται.

**) haec habet Dionysius quoque alio loco, de compos. p. 74 Sch: τὰ (ὀνόματα) μὲν γὰρ τὴν οὐσίαν δηλοῦν (ἡγοόμην, at Quint.: iudicaverunt, sc. Aristoteles et Theodectes), τὰ δὲ ῥήματα τὸ συμβεβηκός.

Sed utut hoc se habet, Dionysium de partibus orationis nihil novi tradidisse neque hanc materiam accuratius examinasse ipsius docent verba. Dicit enim re in medio relicta (p. 20): ὑπὲρ ὧν οὐ μικρὸς ἂν εἴη λόγος· πλὴν ἥ γε τῶν πρώτων, εἴτε τῶν τριῶν ἢ τεττάρων, εἴθ' ὅσων δήποτε μερῶν πλοκὴ καὶ παράθεσις τὰ λεγόμενα ποιεῖ κῶλα κτλ.

Caput II.

Quae sit vis compositionis.

(τίνα ἰσχὺν ἔχει;).

Quamquam ordine secundas, tamen vi primas partes compositionem obtinere, ut et alibi artes componendi materiam sive collocandi praestent electui, Dionysius dicit de comp. p. 22. Simillima de ordine commendando paulo fusius disputat pluribusque exemplis illustrat Quintilianus VII prooem. Atque haec quoque eum non Dionysio, sed scriptoribus superioris aetatis debere puto. De comparationibus ex arte statuariorum iam ante Dionysium ductis v. Brzoska de canone X orat. (Vratisl. 1883) p. 81.

Postquam in universum Dionysius docuit, quanto sit maior vis in verbis componendis quam eligendis, exemplis et ex poetis et ex scriptoribus sumptis probat elocutionem ordine verborum permutato, manente sententia prorsus aliam videri, de comp. p. 46—64 Sch. Rem perstrinxerat iam Isocrates or. IX § 10 et 11: οἱ μὲν (poetae) μετὰ μέτρων καὶ ῥυθμῶν ἅπαντα ποιοῦσιν, οἱ δ' (oratores) οὐδενὸς τούτων κοινωνοῦσιν· ἃ τοσαύτην ἔχει χάριν, ὥστ', ἂν καὶ τῇ λέξει καὶ τοῖς ἐνθυμήμασιν ἔχῃ κακῶς, ὅμως αὐταῖς ταῖς εὐρυθμίαις καὶ ταῖς συμμετρίαις ψυχαγωγοῦσι τοὺς ἀκούοντας. γνοίη δ' ἄν τις ἐκεῖθεν τὴν δύναμιν αὐτῶν· ἢν γάρ τῶν ποιημάτων τὰ μὲν ὀνόματα καὶ τὰς διανοίας καταλίπῃ, τὸ δὲ μέτρον διαλύσῃ, φανήσεται πολὺ καταδεέστερα τῆς δόξης ἧς νῦν ἔχομεν περὶ αὐτῶν. Eodem fere modo quo Dionysius Cicero rem egit, nisi quod Halicarnassensis alios rhetores graecos secutus a poetis et oratoribus probatis sumpta ponit exempla, suis utitur Romanus*). Cicero igitur or. c. 70 § 232 sqq. haec de compositionis vi: ‚Quantum

*) idem facit consiliique rationem reddit Cornificius IV 1. 1 sqq.

autem sit apta dicere, experiri licet, si aut compositi oratoris bene structam collocationem dissolvas permutatione verborum — corrumpatur enim tota res, . . . (sequuntur tria exempla). . . . videsne, ut ordine verborum paullum commutato, eisdem verbis, stante sententia, ad nihilum omnia recidant, quum sint ex aptis dissoluta? aut si alicuius inconditi adripias dissipatam aliquam sententiam eamque ordine verborum paullum commutato in quadrum redigas, efficiatur aptum illud, quod fuerit antea diffluens ac solutum. Eadem fere or. c. 24 § 81. Cf. Demetr. π. ἑρμ. § 30 et 31. Erant igitur de hac quoque re ante Dionysium praecepta et in ludis rhetorum pueros quae parum apte composita viderentur melius struere iussos esse veri simile est, ut Cicero (or. § 233) Gracchi verba: ‚Abesse non potest, quin eiusdem hominis sit probos improbare, qui improbos probet', multo aptius ita sibi videtur dixisse: ‚. . . quin eiusdem hominis sit, qui improbos probet, probos improbare'.*)

Quaestioni de compositionis vi inserit alteram Dionysius de superiorum in arte componendi studiis (p. 64 – 86 Sch.). De compos. p. 64 Sch: Τοῖς μὲν οὖν ἀρχαίοις**) ὀλίγου δεῖν πᾶσι πολλὴ ἐπίδοσις (= πρόνοια) ἦν αὐτοῦ (sc. τοῦ δεξιῶς συντιθέναι), παρ' ὃ καὶ καλά ἐστιν αὐτῶν τὰ μέτρα καὶ τὰ μέλη καὶ οἱ λόγοι· τοῖς δὲ μεταγενεστέροις οὐκέτι πλὴν ὀλίγων· χρόνῳ δὲ ὕστερον παντάπασιν ἠμελήθη, καὶ οὐδεὶς ᾤετο δεῖν ἀναγκαῖον αὐτὸ εἶναι οὐδὲ συμβάλλεσθαί τι τῷ κάλλει τῶν λόγων. Sequuntur exempla.***) Idem iudicat Dionysius de Demosth. c. 36 p. 1066 R. Perveteres compositionis suavitati non ita studiose operam dedisse tradit Cicero or. § 185 et 186. Pugnat contra Quintilianus IX 4, 16. Hegesiae aliorumque elocutionem qui id genus dicendi sunt amplexi notant omnes iudices. Sed quid de eis unde politiora exspectes? Pergit Dionysius (de comp. p. 68): Καὶ τί δεῖ τούτους θαυμάζειν, ὅπου γε καὶ οἱ τὴν φιλοσοφίαν ἐπαγ-

*) Magnam esse compositionis verborum vim Lessingius quoque noster suo iudicio usus ostendit Laokoont. c. XVIII (ad Il. V, 722).

**) οἱ ἀρχαῖοι qui sint, ex iudiciis de veteribus concludi potest.

***) Obiter moneo Hegesiae elocutionem iam Agatharchidam (circ. 130 a. Chr.) exagitasse. v. Blafs, griech Bereds. p. 25 sq., Brzoska l. l. p. 37.

γελλόμενοι καὶ τὰς διαλεκτικὰς ἐκφέροντες τέχνας, οὕτως εἰσὶν ἄθλιοι περὶ τὴν σύνθεσιν τῶν ὀνομάτων, ὥστε αἰδεῖσθαι καὶ λέγειν; ἀπόχρη δὲ τεκμηρίῳ χρήσασθαι τῷ λόγῳ Χρυσίππου τοῦ Στωικοῦ· περαιτέρω γὰρ οὐκ ἂν προβαίην. τούτου γὰρ οὔτε ἄμεινον οὐδεὶς τὰς διαλεκτικὰς τέχνας ἠκρίβωσεν οὔτε χείρονι ἁρμονίᾳ συνταχθέντας ἐξήνεγκε λόγους τῶν ὀνόματος καὶ δόξης ἀξιωθέντων. (Cicero de or. I 11, 50: Etenim videmus eisdem de rebus ieiune quosdam et exiliter, ut eum, quem acutissimum ferunt, Chrysippum, disputavisse). καίτοι σπουδάζειν γέ τινες προσεποιήθησαν αὐτῶν καὶ περὶ τοῦτο τὸ μέρος ὡς ἀναγκαῖον ὂν τῷ λόγῳ καὶ τέχνας τινὰς ἐπέγραψαν ὑπὲρ τῆς συντάξεως τῶν τοῦ λόγου μορίων. ἀλλὰ πολύ τι μᾶλλον πάντες (fort. ἀλλὰ πολλοί, μᾶλλον δὲ πάντες)* ὑπὸ τῆς ἀληθείας ἀπεπλανήθησαν καὶ οὐδὲ ὄναρ εἶδον, τί ποτ' ἐστὶ τὸ ποιοῦν ἡδεῖαν καὶ καλὴν τὴν σύνθεσιν (quas duas res Dionysius infra iubet compositionem spectare). — Ἔγωγ' οὖν, ὅτε διέγνων συντάττεσθαι ταύτην τὴν ὑπόθεσιν, ἐζήτουν, εἴ τι τοῖς πρότερον εἴρηται περὶ αὐτῆς, καὶ μάλιστα τοῖς ἀπὸ τῆς Στοᾶς φιλοσόφοις, εἰδὼς τοὺς ἄνδρας οὐ μικρὰν φροντίδα τοῦ λεκτικοῦ τόπου πεποιημένους· δεῖ γὰρ αὐτοῖς τἀληθῆ μαρτυρεῖν. οὐδαμῆ δὲ οὐδὲν ὑπ' οὐδενὸς εὑρὼν τῶν ὀνόματος ἠξιωμένων οὔτε μεῖζον οὔτε ἔλαττον συνταχθὲν εἰς ἣν ἐγὼ προήρημαι πραγματείαν· ἃς δὲ Χρύσιππος καταλέλοιπε συντάξεις διττάς, ἐπιγραφὴν ἐχούσας περὶ τῆς συντάξεως τῶν τοῦ λόγου μερῶν, οὐ ῥητορικὴν θεωρίαν ἐχούσας, ἀλλὰ διαλεκτικήν, ὡς ἴσασιν οἱ τὰς βίβλους ἀνεγνωκότες, ὑπὲρ ἀξιωμάτων συντάξεως, ἀληθῶν τε καὶ ψευδῶν, καὶ δυνατῶν καὶ ἀδυνάτων, ἐνδεχομένων τε καὶ μεταπιπτόντων καὶ ἀμφιβόλων καὶ ἄλλων τινῶν τοιουτοτρόπων (eadem fere tradit Cicero or. § 115), οὐδεμίαν οὔτε χρείαν οὔτ' ὠφέλειαν τοῖς πολιτικοῖς λόγοις συμβαλλομένων, εἰς γοῦν ἡδονὴν ἢ κάλλος ἑρμηνείας, ὧν δεῖ στοχάζεσθαι τὴν σύνθεσιν. ταύτης μὲν τῆς πραγματείας ἀπέστην, ἐσκόπουν δὲ αὐτὸς ἐπ' ἐμαυτοῦ γενόμενος, εἴ τινα δυναίμην εὑρεῖν φυσικὴν ἀφορμήν, ἐπειδὴ παντὸς πράγματος καὶ πάσης ζητήσεως αὕτη δοκεῖ κρατίστη εἶναι καὶ ἀρχή.'

Locum longioris ambitus posui, ut quid Dionysius de superiorum in arte componendi verba studiis imprimis philosophorum, quid de sua opera iudicaverit cognoscatur. Erat magna inter philosophos et rhetores contentio, nata inde a Platonis Gorgia (Cic. de or. I c. 11), philosophis

*) Reiskius: πολλοὶ ἢ μᾶλλον πάντες.

plurima quibus rhetores se iactarent sibi vindicantibus, rhetoribus ut sua tutantibus multumque hac de re in scholis disputatum erat cum ira et studio (de or. I c. 10 et 11, or. c. 32). Invitat res de hoc certamine et de philosophorum studiis rhetoricis quibus in historia et philosophiae et artis oratoriae locus debetur, plura dicere — hos imprimis dico locos Cic. de or. I c. 10–13, c. 18 § 83, III c. 21 § 81; or. c. 3 § 12 et 13; Quint. XII 2, 23 —, sed ne longius a provincia nostra recedam Quintiliani locum attulisse satis habeo. Est igitur XII 2, 23: ‚Verum ex hoc alia mihi quaestio exoritur, quae secta conferre plurimum eloquentiae possit; quamquam ea non inter multas potest esse contentio. Nam in primis nos Epicurus a se ipse dimittit (cf. Cic. Brut. § 131, Dionys. de comp. p. 376 Sch.), qui fugere omnem disciplinam navigatione quam velocissima iubet. Neque vero Aristippus, summum in voluptate corporis bonum ponens, ad hunc nos laborem hortatur. Pyrrhon quidem quas in hoc opere habere partes potest, cui iudices esse, apud quos verba faciat, et reum, pro quo loquatur, et senatum, in quo sit dicenda sententia, non liquebit? Academiam quidam utilissimam credunt, quod mos in utramque partem disserendi ad exercitationem forensium causarum proxime accedat. Adiiciunt loco probationis, quod ea praestantissimos in eloquentia viros ediderit. Peripatetici studio quoque se quodam oratorio iactant (cf. Cic. de or. I 10, 43, Dionys. ad Amm. I c. 2). Nam theses dicere exercitationis gratia fere est ab iis institutum: Stoici, sicut copiam nitoremque eloquentiae fere praeceptoribus suis defuisse concedant necesse est, ita nullos aut probare acrius aut concludere subtilius contendunt‘. Philosophorum*) orationes exiles ieiunasque et parum apte compositas fuisse consentiunt Cicero, Dionysius, Quintilianus; Dionysius cum solam compositionem spectaret minus aeque quam Cicero iudicasse videtur. — Sed iam quae ante Dionysium de arte componendi fuerint praecepta quaeritur, non quaeritur qualis philosophorum fuerit elocutio. Quid quaeris? dixerit aliquis, cum Dionysius dilu-

*) Excipiuntur Democritus, Plato, Aristoteles, Theophrastus, Carneades (Cic. de or. I 11, 49).

cidis verbis nihil se superioribus debere non semel profiteatur. Solet Halicarnassensis, si quid novi, si quid reconditioris scientiae promere sibi videtur, se primum id facere, non a prioribus accepisse aperte dicere, similia sunt quae de veterum scriptorum dignitate (p. 450 R) praefatur. Et facile largiar Dionysio superiorum rhetorum fortasse neminem omnes partes artis compositionis ita explevisse, quemadmodum ipse vult idemque concedo exigua esse Stoicorum in hac doctrinae parte merita, sed omnino nihil superiores earum rerum edidisse, quae huc pertinerent, quibus quasi fundamentis Dionysio aedificium exstruere liceret, quis veri simile ducet? Nihilne, quaerimus, ex Isocratis discipulorumque artibus repetere potuit? Nihil ex Aristotele, qui de numerosa oratione satis copiose disputat? Nihil ex Theophrasto, qui omnes eloquentiae partes diligentius excoluit? Nihil ex auctoribus, quos secutus est Cornificius et Cicero? Nihil ex Ciceronis ipsius disputationibus? Vacua igitur vix obvenerat provincia Dionysio; quibus in rebus autem aliorum vestigia presserit, post paulum quoad poterimus explanabimus.

Postquam, quae ratio ipsum inter et priores intercederet, exposuit, narratiunculam subnectit, qua quomodo ipse per ambages naturali verborum ordine relicto ad rectam viam pervenerit nobis prodit, de comp. p. 74 sqq.: Ἐδόκει δή μοι τῇ φύσει μάλιστα ἡμᾶς ἑπομένους οὕτω δεῖν ἁρμόττειν τὰ μόρια τοῦ λόγου, ὡς ἐκείνη βούλεται. αὐτίκα τὰ ὀνόματα ἡγούμην τάττειν πρὸ τῶν ῥημάτων . . . . ., τὰ ῥήματα πρότερα τάττειν τῶν ἐπιρρημάτων κτλ.

Haec ad leges artis logicae respondent et Stoicorum redolent disciplinam; quamquam illud ἐδόκει μοι in fronte posuit. Addit enim ipse p. 84: Διὰ ταύτας μὲν δὴ τὰς αἰτίας τῆς θεωρίας ἀπέστην (sc. τῇ φύσει ἑπομένους ἡμᾶς ἁρμόττειν τὰ μόρια τοῦ λόγου). ἐμνήσθην δὲ αὐτῶν καὶ νῦν οὐχ ὡς σπουδῆς ἀξίων· καὶ τὰς διαλεκτικὰς [Stoicorum!] παρεθέμην τέχνας οὐχ ὡς ἀναγκαίας, ἀλλ' ἵνα μηδεὶς δοκῶν ἔχειν τι αὐτὰς χρήσιμον εἰς τὴν παροῦσαν θεωρίαν, περὶ πολλοῦ ποιῆται εἰδέναι,*) θηρευθεὶς ταῖς ἐπιγραφαῖς τῶν πραγματειῶν ὁμοιότητά τινα ἐχούσαις καὶ τῇ δόξῃ τῶν συνταξαμένων αὐτάς.

*) non erat, cur avocaret a philosophorum libris, ‚quos nemo rhetorum istorum attigit' (Cic. de or. III 21, 81).

Chrysippus disputaverat de vi, natura, generibus verborum et simplicium et copulatorum (Cic. or. § 115). Eandem doctrinam spectare mihi videntur quae exhibet Quintilianus IX 4, 23 sqq. pluribus in rebus cum Dionysio conspirans, imprimis § 24: ‚Illa nimia quorundam fuit observatio, ut vocabula verbis, verbis rursus adverbia, nomina appositis et pronominibus essent priora. Nam fit contra quoque frequenter non indecore. Nec non et illud nimiae superstitionis, uti quaeque sint tempore, ea facere etiam ordine priora;*) non quin frequenter sit hoc melius, sed quia interim plus valent ante gesta, ideoque levioribus superponenda sunt.‘

Caput III.

De officiis sive muneribus compositionis.

(τὰ ἔργα τῆς συνθέσεως p. 86—112).

Ut Dionysii de compositionis officiis praecepta melius cognoscantur, totam eius hac de re doctrinam explanare in animo est, priusquam ad quaestionem de fontibus transeamus. Sunt loci principales de comp. p. 86: ‚Δοκεῖ μοι τῆς συνθετικῆς ἐπιστήμης τρία ἔργα εἶναι· ἓν μὲν ἰδεῖν τί μετὰ τίνος ἁρμοττόμενον πέφυκε καλὴν καὶ ἡδεῖαν λήψεσθαι συζυγίαν· ἕτερον δὲ γνῶναι τῶν ἁρμόττεσθαι μελλόντων πρὸς ἄλληλα πῶς ἂν ἕκαστον σχηματισθὲν κρείττονα φαίνεσθαι ποιήσειε τὴν ἁρμονίαν (= σύνθεσιν). τρίτον δέ, τί δεῖται μετασκευῆς τῶν λαμβανομένων, ἀφαιρέσεως λέγω καὶ προσθήκης καὶ ἀλλοιώσεως, γνῶναί τε πῶς καὶ πρὸς τὴν μέλλουσαν χρείαν οἰκείως ἐξεργάσασθαι. Quarum partium quid quaeque sibi velit, similiter ac Demetrius περὶ ἑρμ. § 13 et 14, opificum exemplis illustrat.

Haec igitur sunt tria compositionis munera ἁρμογή, σχηματισμός, μετασκευή. Exhibet autem aliam quae ambitum spectat compositionis divisionem Dionysius de Thuc. c. 22: ⟨ὅτι διαιρεῖται⟩ ἡ σύνθεσις εἴς τε τὰ κόμματα καὶ τὰ κῶλα καὶ τὰς περιόδους ... εἴρηται πολλοῖς πρότερον. Constat enim oratio ex incisis, membr.s, comprehensionibus *) (κόμματα incisa, κῶλα membra, περιόδους comprehensiones accipi volo).

*) v. Demetr. περὶ ἑρμ. § 1.

In his tribus partibus dominatur compositionis triplex munus, sed non eadem in omnibus vi, ut in incisis ἁρμογή, in membris σχηματισμός, in comprehensionibus μετασκευή facile primas teneat. Quod nescio an indicaverit Dionysius, qui de comp. p. 20 subobscure compositionis munera ita circumscribit: Ἔστι δὴ τῆς συνθέσεως ἔργα οἰκείως θεῖναι τά τε ὀνόματα παρ' ἄλληλα (= κομμάτων ἁρμογή), καὶ τοῖς κώλοις ἀποδοῦναι τὴν προσήκουσαν ἁρμονίαν καὶ ταῖς περιόδοις διαλαβεῖν [αὐτὸν ὅλον]*) τὸν λόγον (cf. p. 112). Sed servat institutum rerum ordinem et disputat primum de κομμάτων ἁρμογῇ, σχηματισμῷ, μετασκευῇ.

I. Incisa, κόμματα p. 92.

a) ἁρμογή. πρῶτον μὲν σκοπεῖν ποῖον ὄνομα ἢ ῥῆμα ἢ τῶν ἄλλων τι μορίων ποίῳ συνταχθὲν ἐπιτηδείως ἔσται κείμενον, καὶ πῶς οὐκ ἄμεινον· οὐ γὰρ δὴ πάντα γεμετὰ πάντων τιθέμενα ὁμοίως πέφυκε διαθεῖναι τὰς ἀκοάς.**)

b) σχηματισμός. ἔπειτα διακρίνειν πῶς σχηματισθὲν τοὔνομα ἢ τὸ ῥῆμα ἢ τῶν ἄλλων ὁτιδήποτε χαριέστερον ἱδρυνθήσεται καὶ πρὸς τὰ ὑποκείμενα πρεπωδέστερον. λέγω δὲ ἐπὶ μὲν τῶν ὀνομάτων πότερον ἑνικῶς ἢ πληθυντικῶς λαμβανόμενα κρείττω λήψεται συζυγίαν· καὶ πότερον κατὰ τὴν ὀρθὴν ἐκφερόμενα πτῶσιν ἢ κατὰ τῶν πλαγίων τινά· καὶ εἴ τινα πέφυκεν ἐξ ἀρσενικῶν γίνεσθαι θηλυκὰ ἢ ἐκ θηλυκῶν ἀρσενικὰ ἢ οὐδέτερα, ἐκ τούτων πῶς ἂν ἄμεινον σχηματισθείη καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα. ἐπὶ δὲ τῶν ῥημάτων πότερα κρείττονα ἔσται λαμβανόμενα, τὰ ὀρθὰ ἢ ὕπτια· καὶ κατὰ ποίας ἐγκλίσεις ἐκφερόμενα, ἃς δή τινες***) πτώσεις ῥηματικὰς καλοῦσι κρατίστην ἕδραν λήψεται (cf. quae infra de κώλων σχηματισμῷ disputat)· καὶ ποίας παρεμφαίνοντα διαφορὰς χρόνων καὶ εἴ τινα τοῖς ῥήμασιν ἄλλα παρακολουθεῖν πέφυκε. τὰ δὲ αὐτὰ ταῦτα καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τοῦ λόγου μερῶν φυλακτέον, ἵνα μὴ καθ' ἓν ἕκαστον λέγω.†)

---

*) αὐτὸν ὅλον expellendum puto.

**) Quae contra haec praecepta peccantur a Thucydide notat de Thuc. c. 24 p. 867 R (v. 1—5).

***) Aristoteles poet. c. 20 ‚βάδιζε‘ πτῶσις ῥήματος.

†) melius ut cognoscantur haec praecepta v. etiam quibus in rebus reprehendat Thucydidem, de Thuc. c. 24 p. 867 (v. 5) — p. 868 (v. 10).

c) μετασκευή. Ἐπὶ δὲ τούτοις τὰ ληφθέντα διακρίνειν εἴ τι δεῖ μετασκευῆς ὄνομα ἢ ῥῆμα ὡς ἂν ἐναρμονιώτερόν τε καὶ εὐεδρότερον γένοιτο, τοῦτο τὸ στοιχεῖον ἐν μὲν ποιητικῇ δαψιλέστερόν ἐστιν, ἐν δὲ λόγοις πεζοῖς σπανιώτερον· γίνεται δὲ καὶ ἐν τούτοις, ἐφ' ὁπόσον ἂν ἐγχωρῇ (e. g. εἰς τουτονὶ τὸν ἀγῶνα pro εἰς τοῦτον τὸν ἀγῶνα, similia).

II. membra, κῶλα.

a) ἁρμογή. p. 98: καὶ γὰρ ταῦτα ἁρμόσαι πρὸς ἄλληλα δεῖ, ὡς οἰκεῖα φαίνεσθαι καὶ φίλα ... πολλάκις μὲν γὰρ τουτὶ μὲν τὸ κῶλον τούτου προτεθὲν ἢ ἐπὶ τούτῳ τεθὲν εὐστομίαν τινὰ ἐμφαίνει καὶ σεμνότητα ... ; sequuntur exempla.

b) σχηματισμός. p. 100: Οὐκ ἔστιν εἷς τρόπος τῆς ἐκφορᾶς τῶν νοημάτων· ἀλλὰ τὰ μὲν ὡς ἀποφαινόμενοι λέγομεν, τὰ δὲ ὡς διαποροῦντες, τὰ δὲ ὡς πυνθανόμενοι, τὰ δὲ ὡς εὐχόμενοι, τὰ δὲ ὡς ἐπιτάττοντες, τὰ δὲ ὡς ὑποτιθέμενοι, τὰ δὲ ἄλλως πως σχηματίζοντες· οἷς ἀκολούθως καὶ τὴν λέξιν πειρώμεθα σχηματίζειν. πολλοὶ δὲ δήπου σχηματισμοὶ καὶ τῆς λέξεώς εἰσιν, ὥσπερ καὶ τῆς διανοίας· οὓς οὐχ οἷόν τε κεφαλαιωδῶς περιλαβεῖν· ἴσως δὲ καὶ ἄπειροι, περὶ ὧν πολὺς ὁ λόγος καὶ βαθεῖα ἡ θεωρία. Peculiarem librum Dionysius de figuris composuit, in quo quae hic leviter perstringit quaeque Cornificius et Cicero quaestionibus de elocutione inserunt, et ipse fusius tractasse videtur.

c) μετασκευή. p. 104: Ἀλλὰ μὴν ὅτι γε καὶ μετασκευὰς δέχεται τῶν κώλων ἔνια, τότε μὲν προσθήκας λαμβάνοντα οὐκ ἀναγκαίας ὡς πρὸς τὸν νοῦν, τότε δὲ καὶ ἀφαιρέσεις ἀτελῆ ποιούσας τὴν διάνοιαν· ἃς οὐκ ἄλλου τινὸς ἕνεκα ποιοῦσι ποιηταί τε καὶ συγγραφεῖς ἢ τῆς ἁρμονίας, ἵν' ἡδεῖα καὶ καλὴ γένοιτο, πάνυ ὀλίγου δεῖν οἴομαι λόγου. Exemplis rem illustrat.

III. comprehensiones, περίοδοι.

De comp. p. 110: Ταυτὰ (quae de membris) δ' εἰρήσθω μοι περὶ τῶν καλουμένων περιόδων.

a) ἁρμογή. καὶ γὰρ ἐν ταύταις χρὴ τάς τε προηγουμένας καὶ τὰς ταύταις ἑπομένας οἰκείως συναρμόττειν (vulgo haec leguntur: καὶ γὰρ ταύταις χρὴ ταῖς τε προηγουμέναις καὶ ταῖς ταύταις ἑπομέναις οἰκείως συναρμόττειν), ὅταν ἐν ταῖς περιόδοις προσήκῃ

τὸν λόγον ἐκφέρειν, οὐ γὰρ πανταχῇ γε τὸ ἐμπερίοδον χρήσιμον. καὶ αὐτὸ δὲ τοῦτο τὸ θεώρημα τῆς συνθετικῆς ἐπιστήμης ἴδιον, πότε δεῖ χρῆσθαι περιόδοις καὶ μέχρι πόσου καὶ πότε μή.

b) σχηματισμός. Nihil tradit nisi quod ex verbis paulo ante positis ‚ταὐτὰ εἰρήσθω‘ κτέ excitare suscipias.

c) μετασκευή. Frustra quaeris. Exemplum exhibet p. 106. Pauca elici possunt ex p. 296/98, de Demosth. c. 24, c. 39, c. 43; epist. ad Cn. Pomp. c. 5.

Iam de fontibus horum praeceptorum inquirentibus nobis innuit Quintilianus, cuius potissimum vestigia indagemus (IX 4): ‚De compositione non equidem post M. Tullium scribere auderem, cui nescio an ulla pars operis huius sit magis elaborata, nisi et eiusdem aetatis homines scriptis ad ipsum etiam litteris reprehendere id collocandi genus ausi fuissent, et post eum plures multa ad eandem rem pertinentia tradidissent.‘ Quae Cicero accuratius elaborasse sibi videatur ipse indicat or. § 226: ‚Et quoniam plura de numerosa oratione diximus (§ 163—226) quam quisquam ante nos, nunc de eius generis utilitate dicemus‘, etiam de or. III 49, 188. De reprehensoribus cf. or. § 147 et 148. In numero eorum, quos plura post Tullium ad eandem rem pertinentia tradidisse dicit Quintilianus, est fortase ipse Halicarnassensis. Ex Ciceronis igitur scriptis rhetoricis imprimis materia est congerenda. Sunt Tullii loci locupletissimi de or. III c. 43 - 55 (§ 171—209) et or. c. 44—57. Cic. de or. III 43, 171: ‚Sequitur continuatio verborum [est σύνθεσις, disputavit antea de singulis verbis], quae duas res maxime, collocationem primum, deinde modum quendam formamque desiderat (cf. § 93)‘. Collocationem esse Dionysii ἁρμογήν, modum et formam maxime conspirare cum μετασκευῇ, quae ἁρμονίας sive εὐρυθμίας ἕνεκα exercetur (de comp. p. 104, p. 110), facile apparet; conicias quidem formam esse σχηματισμόν, sed Cicero postquam de numero et sono disputavit, ‚dixi, inquit, de numero atque forma,‘ et paulo post pergit (§ 201): ‚In perpetua oratione cum et coniunctionis levitatem et numerorum quam dixi rationem tenuerimus, tum est quasi luminibus distinguenda et frequentanda omnis oratio sententiarum atque ver-

borum'. Peculiarem igitur elocutionis partem esse voluit σχήματα διανοίας et λέξεως, quin etiam numerorum rationem suo talo stare, non compositione effici dicit or. § 181 et 182; sed haec compositio ab illa verborum continuatione distinguenda est. Quantum autem ad illam ornamentorum (σχημάτων) magnificentiam conferat compositio, ipse docet or. § 140: ‚Sed haec nisi collocata et quasi structa et nexa verbis ad eam laudem quam volumus aspirare non possunt.' Haec de munerum divisione, iam de singulis.

I. Ἁρμογή, collocatio (coniunctio). Cic. de or. III § 171: ‚Collocationis est componere et struere verba sic, ut neve asper eorum concursus neve hiulcus sit, sed quodam modo coagmentatus et levis. In quo lepide soceri mei persona lusit is, qui elegantissime id facere potuit, Lucilius:

‚Quam lepide λέξεις compostae ut tesserulae omnes
Arte pavimento atque emblemate vermiculato.'

Quae cum dixisset in Albucium illudens, ne a me (Crassus dicit) quidem abstinuit:

‚Crassum habeo generum, ne ῥητορικώτερος tu sis.'

Quid ergo? iste Crassus, quoniam eius abuteris nomine, quid efficit? idem illud, scilicet ut ille vult et ego vellem, melius aliquanto quam Albucius. Verum in me quidem lusit ille, ut solet. Sed est tamen haec collocatio conservanda verborum, de qua loquor; quae iunctam orationem efficit, quae cohaerentem, quae lēvem, quae aequabiliter fluentem. Id adsequimini, si verba extrema cum consequentibus primis ita iungetis, ut neve aspere concurrant neve vastius diducantur.' Eadem fere tradit or. § 149 sq. Perquam similia his quae Dionysius cum locis quos attuli tum de γλαφυρᾷ συνθέσει de comp. p. 336 sqq. praecipit: . . . κινεῖσθαι βούλεται τὴν ὀνομασίαν (= λέξιν) καὶ φέρεσθαι . . . ὥσπερ τὰ ῥέοντα νάματα καὶ μηδέποτε ἀτρεμοῦντα· συνειλῆφθαι τε ἀλλήλοις ἀξιοῖ καὶ συνυφάνθαι τὰ μόρια τῆς λέξεως . . . τοῦτο ποιοῦσιν αἱ τῶν ἁρμονιῶν (cf. de Isocr. c. 2) ἀκρίβειαι, χρόνον αἰσθητὸν οὐδένα τὸν μεταξὺ τῶν ὀνομάτων λαμβάνουσαι (ne diducatur) . . . . . εὔφωνά τε βούλεται εἶναι πάντα ὀνόματα καὶ λεῖα (lēvia) καὶ μαλακὰ καὶ παρθενωπά· τραχείαις δὲ συλλαβαῖς καὶ

ἀντιτύποις ἀπέχθεταί που (ἀντίτυπον, ἀντιτυπία plus uno loco apud Dionysium idem significat, quod Ciceronis verba ,asper concursus,' ,aspere concurrere'). Sed vereor, ne multus sim in rebus quas multo ante Ciceronem quoque in arte fuisse tractatas constat. Vitandas esse vocalium concursiones erat Isocrateorum nimis severa lex, ut testatur Cic. or. § 151, Dionys. de Isocr. c. 2 p. 538 R; ad Cn. Pomp. p. 786 R sqq. (de nimia Theopompi diligentia*). Vide etiam quae L. Spengel ex Isocrateorum disciplina in libro συν. τεχν. (p. VIII—XXIV) praefatur de earundem syllabarum concursu. Adde Anaximen. rhet. c. 25, Demetr. π. ἑρμ. § 68.

Haec omnia fere sunt de κομμάτων ἁρμογῇ; nec distinxi κώλων et περιόδων ἁρμογήν, cum quae de incisis sunt praecepta, eadem valeant in membris et comprehensionibus. Ceterum collocationis officium diligentius exsequentibus cavendum, ne μετασκευῆς fines transgrediantur.

II. Σχηματισμός. a) κομμάτων σχηματισμός. Quae Dionysius de incisorum formatione praecipit, non solum apud grammaticos inveniuntur, sed erant iam ante Halicarnassensem in artis oratoriae copiam transvecta. De nominibus, quae in rebus grammaticis usurpari solent — πληθυντικῶς, ἑνικῶς, πτῶσις, ὀρθόν, ὕπτιον, ἀρσενικόν, ἐγκλίσεις etc. — quaerere omitto, cum Dionysium nihil novi tradidisse ex compluribus Aristotelis locis, ex Dionysii Thracis grammatica, ex eis quae Classen de primordiis grammaticae graecae et Steinthal (Geschichte der Sprachwissenschaft bei den Griechen und Römern) disputavit perfacile cognoscatur. In arte oratoria praecepta illa fuisse docet Aristoteles rhet. III c. 5: Ὁ μὲν οὖν λόγος συντίθεται ἐκ τούτων, ἔστι δ' ἀρχὴ τῆς λέξεως τὸ ἑλληνίζειν· τοῦτο δ' ἐστὶν ἐν πέντε· quarum partium huc pertinent hae: πρῶτον μὲν ἐν τοῖς συνδέσμοις, ἂν ἀποδιδῷ τις ὡς πεφύκασι πρότεροι καὶ ὕστεροι γίγνεσθαι ἀλλήλων, οἷον ἔνιοι ἀπαιτοῦσιν, ὥσπερ ὁ ,μὲν' καὶ ὁ ,ἐγὼ μὲν' ἀπαιτεῖ τὸν ,δὲ' καὶ τὸν ,ὁ δέ'. Fortasse etiam quod sequitur praeceptum quamquam

*) Vehementer errat W. Schmid, Der Atticismus in seinen Hauptvertretern (I. Stuttg. 1887), quod p. 13 ductus mendoso loco de vet. scr. cens. III 3 scribit Dionysium Theopompi neglegentiam in hac compositionis parte opprobrasse. v. Blafs, att. Bereds. II p. 392.

incisorum fines excedit; utique in incisis est: τέταρτον, ὡς Πρωταγόρας τὰ γένη τῶν ὀνομάτων διῄρει, ἄρρενα καὶ θήλεα καὶ σκεύη· δεῖ γὰρ ἀποδιδόναι καὶ ταῦτα ὀρθῶς· ἡ δ' ἐλθοῦσα καὶ διαλεχθεῖσα ᾤχετο. πέμπτον ἐν τῷ τὰ πολλὰ καὶ ὀλίγα καὶ <τὸ?> ἓν ὀνομάζειν· οἱ δ' ἐλθόντες ἔτυπτόν με. Adde Anaximen. rhet. c. 25: δεῖ δὲ καὶ τὴν σύνθεσιν τῶν ὀνομάτων μήτε συγκεχυμένην μήτε ὑπερβατὴν εἶναι· τὸ μὲν γὰρ συγκεχυμένον τοιόνδε ἐστίν, ὡς ὅταν εἴπῃς· δεινόν ἐστι τοῦτον τοῦτον τύπτειν· ἄδηλον γὰρ ἦν ὁπότερος [ἂν] ἦν ὁ τύπτων· ἐὰν δὲ εἴπῃς οὕτως, δῆλον ποιήσεις· δεινόν ἐστι τοῦτον ὑπὸ τούτου τύπτεσθαι ... τὸ δὲ προσέχειν τοῖς ἄρθροις, ὅπως ἐν τῷ δέοντι προστιθῆται, ἐπὶ τῶνδε ὅρα· οὗτος ὁ ἄνθρωπος τοῦτον τὸν ἄνθρωπον ἀδικεῖ. Cum Aristoteles ἑλληνισμοῦ tractationi subiceret illa praecepta, Anaximenes — si est Anaximenis ars — compositioni tribuit. Planius etiam Cicero de partit. orat. § 18 ,C. F. Habeo de simplicibus verbis, nunc de coniunctione*) quaero. C. P. Numeri quidam sunt in coniunctione servandi (= modus et forma de or. III § 171) consecutioque... Consecutio autem, ne generibus, numeris, temporibus, personis, casibus perturbetur oratio. Nam ut in simplicibus verbis quod non est latinum, sic in coniunctis quod non est consequens vituperandum est.' Licet his quoque addere quod toti libello addidit Cicero: ,Expositae tibi omnes sunt oratoriae partitiones, quae quidem e media illa nostra Academia effloruerunt'. Videmus consecutionem verborum idem significare quod Dionysii κομμάτων σχηματισμόν et esse partem coniunctionis verborum (συνθέσεως). cf. quae Cornif. rhet. ad Herenn. IV 12, 17 de elegantiae altera parte, de latinitate, praecipit.

b) κώλων σχηματισμός. Verbis (de comp. p. 102) ἀποφαινόμενοι, εὐχόμενοι, ἐπιτάττοντες, ὑποτιθέμενοι facile ἐγκλίσεις illas (modos dicimus), quae inde a Protagora originem duxisse putantur, indicari putes, sed cum iam supra de incisis formandis disputans praeceperit de ἐγκλίσεσιν, hic nihil aliud esse quam figuras illas sive lumina (ornamenta) orationis quivis facile sibi persuadebit. Atque sententiarum figuras Dionysium πραγματικῷ τόπῳ subiecisse supra (p. 11) monuimus, ut hic, id quod ipsius verba docent, de verborum

*) coniunctio hoc loco idem est quod continuatio verborum, alio sensu de or. III § 201.

ornamentis tantum sit disputatio. Figurarum numerum infinitum paene esse consentit cum Dionysio Cicero de or. III § 201: ‚Formantur autem et verba et sententiae paene innumerabiliter'.*) Caruisse nomine quasdam figuras etiam tunc tradit Dionysius de Demosth. c. 39 p. 1072 R: ἐξαριθμεῖσθαι δὲ νῦν, ὅσα γένη σχηματισμῶν ἐστι, τῶν τε κατωνομασμένων καὶ τῶν ἀκατονομάστων, . . οὐκ ἔχω καιρόν. Triginta duas eum agnovisse testatur Schol. ad Aristid p. 373 (cit. Roefsl. fragm. Dionys. p. 42): Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασσεὺς λέγει, ὅτι λβ' εἰσὶ σχήματα τοῦ λόγου, ὧν ἕν ἐστι τὸ τοῦ δρόμου. qui numerus si et sententiarum et verborum figuras intellegendas esse putaremus, cum solito minor esset, verborum tantum esse duco (σχήματα τοῦ λόγου = σχ. τῆς λέξεως); Cicero quidem quadraginta fortasse, eundem fere numerum Cornificius exhibet, nisi quod quaedam, e. g. adnominatio, in plures dividuntur partes; sententiarum lumina plus quam quinquaginta apud Ciceronem traduntur, apud Cornificium viginti fere ita quidem, ut quaedam in plures partes discidantur. Non tenuem doctrinam fuisse plus uno loco dicit Dionysius, indicem autem figurarum, qualem exhibet ex Graecorum disciplina Cornificius IV c. 13—55 et Cicero de or. III 52, 201—55, 209 et or. 39, 135 sqq., nusquam libris inseruit; pauca nolle, plura promendi occasionem non esse, ut reconditiora subostendere videatur. Sed liber, quem composuit de figuris, temporum iniuria deperiit, et quae ex scriptis quae exstant conquiri possunt illam iacturam parum compensant.**) Hae non semel occurrunt: ἀντιθέσεις, παρισώσεις, παρομοιώσεις (ἀντίθετα, πάρισα παρόμοια), de Isocr. c. 13 p, 561 R; nimium earum usum saepius notat. l. c.: καὶ οὐ τὸ γένος μέμφομαι τῶν σχημάτων, πολλοὶ γὰρ αὐτοῖς ἐχρήσαντο καὶ συγγραφεῖς καὶ ῥήτορες ἀνθίσαι βουλόμενοι τὴν λέξιν, ἀλλὰ τὸν πλεονασμόν. Alibi θεατρικὰ σχήματα, ψυχρά, μειρακιώδη,***) τὰ Γοργιεῖα appellari solet, v. de Thuc. iud. c. 24, de idiom. Thuc. c. 17, de Isocr. l. l., de Dem. c. 6 et 21. Eadem fere

---

*) cf. Alexand. Numen. rhet. gr. VIII p. 421 W.: τῶν μὲν ἄπειρα φασκόντων εἶναι τὰ σχήματα, τῶν δὲ οὐκ ἄπειρα μέν, πολλὰ δὲ καὶ ἀπερίληπτα.

**) v. Roefsler fragm. Dionys. p. 42.

***) παιδιώδη appellaverat Theophrastus περὶ λέξεως v. Dionys p. 434 R.

est Cornificii sententia IV § 32. Alias figuras exhibet Dionysius de Dem. c. 40 p. 1078 R: τὰ παρωνομασμένα τά τ' ἀντιστρέφοντα καὶ τὰ ἐπαναφερόμενα (καὶ ἄλλα πολλά). Παρονομασία respondere videtur adnominationi Cornificii IV c. 21, 29 sqq., ἀντιστροφή conversioni (13, 19; Volkm.[2] p. 468), ἐπαναφορὰ repetitioni (13, 19; Volkm.[2] p. 467). Ceterum ἀντιστρέφει de Isocr. c. 14 idem est quod ἀντίθησιν ponere. Ἀναστροφὴν figuram (Roefsl. p. 42) non vidi. Figura δρόμος, quam tradit scholiasta, mihi idem esse videtur quod Ciceronis percursio (de or. III 53, 202), quae quidem est in sententiarum ornamentis; hoc enim sensu saepenumero usurpat Dionysius ἐπιτρέχειν, p. 839 R ἐπιτρ. ῥαθυμότερον, et ἐπιτροχάδην (κεφαλαιωδῶς καὶ ἐπιτροχάδην) v. Reisk. ind. et Volkm.[2]: p. 463.

c) σχηματισμὸς περιόδων — v. p. 31. Iam transeamus ad tertium compositionis munus.

III. Μετασκευή. a) κομμάτων μετασκευή. Incisa, ut ceteras elocutionis partes, litteris syllabisque addendis demendisve adornare, ut concinna fiat oratio, non tam oratorum quam poetarum est munus. Affert Dionysius exempla προσθήκης (αὐξήσεως): τουτονὶ pro τοῦτον, κατιδὼν pro ἰδών; ἀφαιρέσεως (μειώσεως): ἔγραφε pro ἔγραφεν*) (de comp. p. 96), ἀφαιρήσομαι pro ἀφαιρεθήσομαι. Rem antiquis non ignotam fuisse docet Aristoteles poet. c. 21: ἐπεκτεταμένον ἐστὶν (sc. ὄνομα) ἢ ἀφῃρημένον, τὸ μὲν ἐὰν φωνήεντι μακροτέρῳ κεχρημένον ᾖ τοῦ οἰκείου ἢ συλλαβῇ ἐμβεβλημένῃ, τὸ δὲ ἂν ἀφῃρημένον τι ᾖ αὐτοῦ, ἐπεκτεταμένον μὲν οἷον τὸ πόλεως πόληος καὶ τὸ Πηλέος <Πηλῆος καὶ τὸ Πηλείδου> Πηληιάδεω, ἀφῃρημένον δὲ οἷον τὸ κρῖ καὶ τὸ δῶ καὶ ‚μία γίνεται ἀμφοτέρων ὄψ.' ἐξηλλαγμένον δ' ἐστὶν ὅταν τοῦ ὀνομαζομένου τὸ μὲν καταλείπῃ τὸ δὲ ποιῇ, οἷον τὸ ‚δεξιτερὸν κατὰ μαζόν' ἀντὶ τοῦ δεξιόν. Plura hac de re disputat Aristotelem fortasse secutus Cicero or. § 153—162.

b) et c) κώλων et περιόδων μετασκευή. Cum κώλων et περιόδων μετασκευῇ imprimis appetatur εὐρυθμία, hic fusius rem tractare

---

*) ν, quod vocamus ἐφελκυστικὸν sive ἐφέλκυστον, iustam partem verbi termini esse, quae ubique recte se habeat, non solum ante vocales, vult Dionysius; cui rhetoris sententiae optimorum codicum auctoritas accedit. Sed in Δημοσθένην et Σωκράτην suavitatis causa τὸ νῦ ‚ἐφέλκονται' οἱ Ἀττικοί, v. Demetr. π. ἑρμ. 175.

omitto, copiosius postea cum de numeris erit dicendum disputabo. Cicero quoque hanc quaestionem a numerorum ratione divellere noluit, de or. III c. 44. De membrorum comprehensionumque modo haec praeceperat Aristoteles rhet. III c. 9: δεῖ δὲ τὰ κῶλα καὶ τὰς περιόδους μήτε μυούρους εἶναι μήτε μακράς· τὸ μὲν γὰρ μικρὸν προσπταίειν πολλάκις ποιεῖ τὸν ἀκροατήν .... τὰ δὲ μακρὰ ἀπολείπεσθαι ποιεῖ, ὥσπερ οἱ ἐξωτέρω ἀποκάμπτοντες τοῦ τέρματος κτλ. Cicero de or. III 49, 190: ‚efficiendum est illud modo nobis, ne fluat oratio, ne vagetur, ne insistat interius, ne excurrat longius, ut membris distinguatur, ut conversiones habeat absolutas'. v. Volkmann Rhet.[2] p. 506 sqq.

Caput IV.

Quae appetenda sint arte componendi.

(τίνων στοχάζεται; p. 112).

Duas res compositione esse appetendas, suavitatem et pulchritudinem, docet Dionys. de comp. p. 112: Δοκεῖ δέ μοι δύο ταῦτα εἶναι τελικώτατα, ὧν ἐφίεσθαι δεῖ τοὺς συντιθέντας εὖ μέτρα τε καὶ λόγους, ἥ τε ἡδονὴ καὶ τὸ καλόν ..... p. 116: Τάττω δὲ ὑπὸ μὲν τὴν ἡδονὴν τὴν ὥραν καὶ τὴν χάριν καὶ τὴν εὐστομίαν καὶ τὴν γλυκύτητα [καὶ τὸ πιθανὸν]*) καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα· ὑπὸ δὲ τὸ καλὸν τὴν μεγαλοπρέπειαν καὶ τὸ βάρος καὶ τὴν σεμνολογίαν καὶ τὸ ἀξίωμα καὶ τὸ πιθανὸν καὶ τὰ τούτοις ὅμοια.

Hanc bipartitionem Dionysius ipse invenisse, non a rhetoribus qui ante fuerunt accepisse videtur. Ipse enim a se natam profitetur: δοκεῖ μοι et post paulum (p. 114): Καὶ μὴ παράδοξον ἡγήσηταί τις, εἰ δύο ποιῶ τέλη καὶ χωρίζω τὸ καλὸν ἀπὸ τῆς ἡδονῆς· μηδὲ ἄτοπον εἶναι νομίσῃ, εἴ τινα ἡγοῦμαι λέξιν ἡδέως μὲν συγκεῖσθαι, μὴ καλῶς δέ, ἢ καλῶς μέν, οὐ μὴν καὶ ἡδέως. φέρει γὰρ ἡ ἀλήθεια τὸ τοιοῦτο καὶ οὐδὲν ἀξιῶ καινόν. Haec igitur nova Dionysii doctrina fuisse videtur, ut cum ceteri

---

*) τὸ πιθανὸν hoc loco expungendum puto cum Wolfio, quamquam alii hic suo loco esse contenderunt et infra eiecerunt, et quamquam ἡδὺ et πιθανὸν et alibi coniuncta leguntur; procul enim dubio Dionysius ipse p. 152 Sch. τὸ πιθανὸν refert ad τὸ καλόν: Ὥσπερ γὰρ ἡδεῖά τις λέξις (exspectes μελῳδία), οὕτω καὶ γενναία τις ἑτέρα· καὶ ῥυθμός, ὥσπερ γλαφυρός τις, οὕτω καὶ σεμνὸς ἕτερος· καὶ τὸ μεταβάλλειν ὥσπερ χάριν ἔχει τινά, οὕτω καὶ πιθανόν.

in apta compositione suavitatem inesse dicerent, ipse pulchritudinem a suavitate seiungeret. Quamquam Cicero, qui suavitatem sive iucundititatem sive voluptatem imprimis esse vult quam appetat apta compositio, or. § 181 et 182, ubi numerum et figuras segregat a compositione, Dionysii bipartitionem fortasse exhibet: ‚Compositio autem ab utroque differt, quae tota servit gravitati vocum aut suavitati' (= σεμνόν, καλόν et ἡδύ). cf. de inv. I 2, 3 gravi et suavi oratione.

Caput V.

Quibus rebus in compositione suavitas et pulchritudo comparentur.

(πῶς αὐτῶν τυγχάνει;).

De comp. p. 116 Sch.: Ἐξ ὧν δὲ οἴομαι γενήσεσθαι λέξιν (κατὰ τὴν σύνθεσιν) ἡδεῖαν καὶ καλήν, τέτταρά ἐστι τὰ κυριώτατα ταῦτα καὶ κράτιστα· μέλος καὶ ῥυθμὸς καὶ μεταβολὴ καὶ τὸ παρακολουθοῦν τοῖς τρισὶ τούτοις πρέπον. Huius divisionis inventor esse videtur ipse Halicarnassensis non ita magno doctrinae commodo. Sonum (vocem) et numerum et variationem compositionem requirere docet Cicero; τὸ πρέπον omnis oratio, e. g. ἐκλογή habeat necesse est, non compositio sola. Praeterea cum eisdem rebus pulchra efficiatur compositio quibus suavis, haud facile vitare potest, ne aut prius disputata repetat aut leviter perstricta postea fusius tractet.

A.

Suavis compositio fit

I. sono (voce, modulatione),
II. numeris,
III. varietate,
IV. decoro (decentia, πρέποντι).

Quid intercedat inter iusti carminis et solutae orationis modulationem et numerum, docet Dionysius p. 120—138 Sch. Ex musicorum*), imprimis Aristoxeni eiusque disci-

*) Dionysium musicae operam impertisse his locis apparet: de compos. p. 151 Sch., p. 1 8 sqq., p. 260, p. 29?; de Lys. c. 11; de Demosth. c. 2, c. 22, c. 48.

pulorum doctrina fluxisse videntur quae scite disserit de voce; quantum accrescat et descendat, quomodo orationis particulae sono acuto, gravi, mixto differant; non idem esse spatium vocis canentis et loquentis. Haec et similia tradiderat Aristoxenus Harmon. fragm. ed. P. Marquard p. 4, p. 12, p. 18.

In arte oratoria de vocis moderatione disputatum fuisse docet Cicero de or. III c. 44 sqq., imprimis § 174, § 195 – 198; ex quibus locis hi cum Halicarnassensi conspirant § 196: ‚In his (voce et numeris) si paullum modo offensum est, . . theatra tota reclamant‘, cf. quae Dionysius p. 120 sqq. se ipsum vidisse narrat; § 197: ‚Mirabile est cum plurimum in faciendo intersit inter doctum et rudem, quam non multum differat in iudicando‘, cf. Dionys. p. 120 (ἄμουσος ὄχλος, φυσικὴ οἰκειότης).

Dionysius postquam in universum de vocis ratione disseruit, de quattuor illis rebus, quibus oratio (κατὰ τὴν σύνθεσιν) iucunda fit, verba se facturum promittit (p. 136), de modulatione, de numeris, de varietate, de decoro. Sed quae p. 138 – 158 Sch. tradit nec satis dilucide distincta, ut ad singulas partes respondeant, et quae p. 146—150 disputat ex superioribus (p. 138 – 146) repetita sunt; accedit quod non erat, cur subtiliorem disputationem de numeris, varietate, decoro quaestioni de pulchra compositione reservaret. Sed nos quem dedit ordinem sequemur, et omissa tenui disputatione, quantum numeri, varietas, decentia ad orationem suavem faciendam valeant, transeamus ad quaestionem de compositione pulchra.

B.

Pulchra compositio fit

I. sono,
II. numeris,
III. varietate,
IV. decentia. (150—286 Sch.)

I.

[Pulchra compositio fit sono.]

Quaestionum tabula proposita Dionysium singulas partes aggressurum exspectes. Atque primum quidem dicendum

in apta compositione suavitatem inesse dicerent, ipse pulchritudinem a suavitate seiungeret. Quamquam Cicero, qui suavitatem sive iucundititatem sive voluptatem inprimis esse vult quam appetat apta compositio, or. § 181 et 182, ubi numerum et figuras segregat a compositione, Dionysii bipartitionem fortasse exhibet: ‚Compositio autem ab utroque differt, quae tota servit gravitati vocum aut suavitati‘ (= σεμνόν, καλόν et ἡδύ). cf. de inv. I 2, 3 gravi et suavi oratione.

Caput V.

Quibus rebus in compositione suavitas et pulchritudo comparentur.

(πῶς αὐτῶν τυγχάνει;).

De comp. p. 116 Sch.: Ἐξ ὧν δὲ οἴομαι γενήσεσθαι λέξιν (κατὰ τὴν σύνθεσιν) ἡδεῖαν καὶ καλήν, τέτταρά ἐστι τὰ κυριώτατα ταῦτα καὶ κράτιστα· μέλος καὶ ῥυθμὸς καὶ μεταβολὴ καὶ τὸ παρακολουθοῦν τοῖς τρισὶ τούτοις πρέπον. Huius divisionis inventor esse videtur ipse Halicarnassensis non ita magno doctrinae commodo. Sonum (vocem) et numerum et variationem compositionem requirere docet Cicero; τὸ πρέπον omnis oratio, e. g. ἐκλογή habeat necesse est, non compositio sola. Praeterea cum eisdem rebus pulchra efficiatur compositio quibus suavis, haud facile vitare potest, ne aut prius disputata repetat aut leviter perstricta postea fusius tractet.

A.

Suavis compositio fit

I. sono (voce, modulatione),
II. numeris,
III. varietate,
IV. decoro (decentia, πρέποντι).

Quid intercedat inter iusti carminis et solutae orationis modulationem et numerum, docet Dionysius p. 120 — 138 Sch. Ex musicorum*), imprimis Aristoxeni eiusque disci-

*) Dionysium musicae operam impertisse his locis apparet: de compos. p. 151 Sch., p. 1 8 sqq., p. 260, p. 29?; de Lys. c. 11; de Demosth. c. 2, c. 22, c. 48.

terarum vi et indole rhythmicos disputasse testatur Plato l. l. Quid? quod Dionysius ipse profitetur quae sequuntur Aristoxeno se debere: Πρώτη μὲν (διαφορὰ τῶν στοιχείων), ὡς Ἀριστόξενος ὁ μουσικὸς ἀποφαίνεται, καθ' ἣν τὰ μὲν φωνὰς ἀποτελεῖ, τὰ δὲ ψόφους· φωνὰς μὲν τὰ λεγόμενα φωνήεντα· ψόφους δὲ τὰ λοιπὰ πάντα· δευτέρα δέ, καθ' ἣν τῶν φωνηέντων (l. ψοφούντων sive οὐ φωνηέντων) ἃ μὲν καθ' ἑαυτὰ ψόφους ὁποίους δή τινας ἀποτελεῖν πέφυκε . . . . . ἃ δέ ἐστιν ἀπάσης ἄμοιρα φωνῆς καὶ ψόφου καὶ οὐχ οἷά τε ἠχεῖσθαι καθ' ἑαυτά. ταῦτα μὲν ἄφωνά τινες ἐκάλεσαν, θάτερα δὲ ἡμίφωνα. οἱ δὲ τριχῇ νείμαντες τὰς πρώτας τε καὶ στοιχειώδεις φωνῆς δυνάμεις φωνήεντα μὲν ἐκάλεσαν, ὅσα καὶ καθ' ἑαυτὰ φωνεῖται καὶ μεθ' ἑτέρων καί ἐστιν αὐτοτελῆ, ἡμίφωνα δὲ ὅσα μετὰ μὲν τῶν φωνηέντων κρεῖττον ἐκφέρεται, καθ' ἑαυτὰ δὲ χεῖρόν τε καὶ οὐκ αὐτοτελῶς, ἄφωνα δὲ ὅσα οὔτε τὰς τελείας οὔτε τὰς ἡμιτελείας φωνὰς ἔχει καθ' ἑαυτά, μεθ' ἑτέρων δὲ ἐκφωνεῖται.

Dionysium in his quaestionibus non suis studiis niti patet, nec magis in eis quae de numero, divisione, pronuntiatione, dignitate litterarum disputat. v. Steinthal l. l., Blafs griech. Ausspr.*), Mestwerdt p. 27 sq., ubi quae superioribus tradita erant maximam partem affert. Nec solum apud philosophos (Platonem, Aristotelem, Stoicos) et musicos (Aristoxeneos imprimis dico) grammaticosque (Dionysium Thracem) huiuscemodi quaes iones tractabantur, sed etiam in rhetorum doctrinam iam ante Dionysium irrepserant. Theophrastus quidem περὶ λέξεως libri in ea parte, quae erat de vocabulis auribus iucundis, de litterarum natura disputaverat (ap. Demetr. π. ἑρμ. § 173—175), itemque Cicero or. 153 sqq.

Haec de litteris; iam ad syllabas quae ex eis efficiuntur pergamus. Τούτων δέ, inquit Dionysius p. 178, ἐστὶ καὶ μακραὶ μὲν ὅσαι συνεστήκασιν ἐκ τῶν φωνηέντων τῶν μακρῶν ἢ τῶν διχρόνων, ὅταν μακρῶς ἐκφέρηται, καὶ ὅσαι λήγουσιν εἰς μακρὸν ἢ μακρῶς λεγόμενον γράμμα, ἤτοι [ἤτι Goell ex cod. Mon., neutrum suspicione vacat]**) τῶν ἡμιφώνων ἢ ἀφώνων, βραχεῖαι

---

*) Hoc unum addo: ι quod dicimus subsriptum Dionysii temporibus sono non caruisse videtur, v. de comp. p. 322 Sch. ,σὺν Ἀγλαΐᾳ' εἰς τὸ ι λῆγον.

**) pro ἤτοι sive ἤ τι reponatur ἢ δύο et optime ferri potest locus, e. g. ἅλς (δύο ἡμίφωνα); duo ἄφωνα in fine non admittuntur, sed non agitur de syllabis claudentibus. cf. Dionys. Thrac. p. 18 Uhl.

erat de sono, quantum ad pulchritudinem orationis afferret. Sed Dionysius altius repetit de vocis et litterarum natura atque indole, nil de modulatione. Quid sibi velit hac satis ampla (p. 150—216) disputatione, ipse indicat p. 196: Τί δὴ τὸ κεφάλαιόν ἐστί μοι τοῦ λόγου; ὅτι παρὰ μὲν τὰς τῶν γραμμάτων συμπλοκὰς ἡ τῶν συλλαβῶν γίνεται σύνθεσις ποικίλη (non quaeritur!), παρὰ δὲ τὰς τῶν συλλαβῶν συνθέσεις ἡ τῶν ὀνομάτων φύσις παντοδαπή, παρὰ δὲ τὰς τῶν ὀνομάτων ἁρμονίας πολύμορφος ὁ λόγος γίνεται· ὥστε πολλὴ ἀνάγκη καλὴν μὲν εἶναι λέξιν, ἐν ᾗ καλά ἐστιν ὀνόματα,*) καλῶν δὲ ὀνομάτων συλλαβάς τε καὶ γράμματα καλὰ αἴτια εἶναι, ἡδεῖάν τε διάλεκτον ἐκ τῶν ἡδυνόντων τὴν ἀκοὴν γίνεσθαι. Et solebant veteres hac via, quam Dionysius quoque instituit, ad numerorum doctrinam ascendere, ut docet Plat. Cratyl. p. 424: Ἆρα οὐκ ἐπείπερ συλλαβαῖς τε καὶ γράμμασιν ἡ μίμησις τυγχάνει οὖσα τῆς οὐσίας, ὀρθότατόν ἐστι διελέσθαι τὰ στοιχεῖα πρῶτον, ὥσπερ οἱ ἐπιχειροῦντες τοῖς ῥυθμοῖς τῶν στοιχείων πρῶτον τὰς δυνάμεις διείλοντο, ἔπειτα τῶν συλλαβῶν καὶ οὕτως ἤδη ἔρχονται ἐπὶ τοὺς ῥυθμοὺς σκεψόμενοι, πρότερον δ' οὔ. — Dionysius autem cur haec in universum disputata quaestionem de singulis rebus, quibus suavis et pulchra fit compositio, non antecedere maluerit, equidem non video; nec magis cur de numeris varietate, decentia, prolixe disputaverit, de modulationis vi ad orationem pulchre componendam nihil exposuerit. Incuria an fontibus destitutus non fecerit, parum liquet; non ita ampla**) certe hac de re doctrina a superioribus tradebatur.

Sed quam tradit Dionysius de voce doctrinam? ,Ἀρχαὶ μέν, inquit p. 154, εἰσι τῆς ἀνθρωπίνης καὶ ἐνάρθρου φωνῆς αἱ μηκέτι δεχόμεναι διαίρεσιν, ἃς καλοῦμεν στοιχεῖα καὶ γράμματα· γράμματα μέν, ὅτι γραμμαῖς τισι σημαίνεται. στοιχεῖα δέ, ὅτι πᾶσα φωνὴ τὴν γένεσιν ἐκ τούτων λαμβάνει πρῶτον, καὶ τὴν διάλυσιν εἰς ταῦτα ποιεῖται τελευταίαν. τῶν δὲ στοιχείων τε καὶ γραμμάτων οὐ μία πάντων φύσις, διαφοραὶ δὲ αὐτῶν'. ,Ἔναρθρος φωνή' et ,στοιχεῖα' tritissima vocabula fuisse nemo ignorat, v. Steinthal I l. p. 247 sqq., Dionys. Thrac. gramm. p. 9 Uhl. De lit-

*) in libro περὶ ἐκλογῆς ὀνομάτων huiuscemodi quaestiunculas exspectes, v. p. 17.

**) v. Cic. de or. III § 188.

terarum vi et indole rhythmicos disputasse testatur Plato l. l. Quid? quod Dionysius ipse profitetur quae sequuntur Aristoxeno se debere: Πρώτη μὲν (διαφορὰ τῶν στοιχείων), ὡς Ἀριστόξενος ὁ μουσικὸς ἀποφαίνεται, καθ' ἣν τὰ μὲν φωνὰς ἀποτελεῖ, τὰ δὲ ψόφους· φωνὰς μὲν τὰ λεγόμενα φωνήεντα· ψόφους δὲ τὰ λοιπὰ πάντα· δευτέρα δέ, καθ' ἣν τῶν φωνηέντων (l. ψοφούντων sive οὐ φωνηέντων) ἃ μὲν καθ' ἑαυτὰ ψόφους ὁποίους δή τινας ἀποτελεῖν πέφυκε ..... ἃ δέ ἐστιν ἁπάσης ἄμοιρα φωνῆς καὶ ψόφου καὶ οὐχ οἷά τε ἠχεῖσθαι καθ' ἑαυτά. ταῦτα μὲν ἄφωνά τινες ἐκάλεσαν, θάτερα δὲ ἡμίφωνα. οἱ δὲ τριχῇ νείμαντες τὰς πρώτας τε καὶ στοιχειώδεις φωνῆς δυνάμεις φωνήεντα μὲν ἐκάλεσαν, ὅσα καὶ καθ' ἑαυτὰ φωνεῖται καὶ μεθ' ἑτέρων καί ἐστιν αὐτοτελῆ, ἡμίφωνα δὲ ὅσα μετὰ μὲν τῶν φωνηέντων κρεῖττον ἐκφέρεται, καθ' ἑαυτὰ δὲ χεῖρόν τε καὶ οὐκ αὐτοτελῶς, ἄφωνα δὲ ὅσα οὔτε τὰς τελείας οὔτε τὰς ἡμιτελείας φωνὰς ἔχει καθ' ἑαυτά, μεθ' ἑτέρων δὲ ἐκφωνεῖται.

Dionysium in his quaestionibus non suis studiis niti patet, nec magis in eis quae de numero, divisione, pronuntiatione, dignitate litterarum disputat. v. Steinthal l. l., Blafs griech. Ausspr.*), Mestwerdt p. 27 sq., ubi quae superioribus tradita erant maximam partem affert. Nec solum apud philosophos (Platonem, Aristotelem, Stoicos) et musicos (Aristoxeneos imprimis dico) grammaticosque (Dionysium Thracem) huiuscemodi quaes iones tractabantur, sed etiam in rhetorum doctrinam iam ante Dionysium irrepserant. Theophrastus quidem περὶ λέξεως libri in ea parte, quae erat de vocabulis auribus iucundis, de litterarum natura disputaverat (ap. Demetr. π. ἑρμ. § 173—175), itemque Cicero or. 153 sqq.

Haec de litteris; iam ad syllabas quae ex eis efficiuntur pergamus. Τούτων δέ, inquit Dionysius p. 178, ἐστι καὶ μακραὶ μὲν ὅσαι συνεστήκασιν ἐκ τῶν φωνηέντων τῶν μακρῶν ἢ τῶν διχρόνων, ὅταν μακρῶς ἐκφέρηται, καὶ ὅσαι λήγουσιν εἰς μακρὸν ἢ μακρῶς λεγόμενον γράμμα, ἤτοι [ἤτι Goell ex cod. Mon., neutrum suspicione vacat]**) τῶν ἡμιφώνων ἢ ἀφώνων, βραχεῖαι

---

*) Hoc unum addo: ι quod dicimus subsriptum Dionysii temporibus sono non caruisse videtur, v. de comp. p. 322 Sch. ,σὺν Ἀγλαΐᾳ' εἰς τὸ ι λῆγον.

**) pro ἤτοι sive ἢ τι reponatur ἢ δύο et optime ferri potest locus, e. g. ἅλς (δύο ἡμίφωνα); duo ἄφωνα in fine non admittuntur, sed non agitur de syllabis claudentibus. cf. Dionys. Thrac. p. 18 Uhl.

δὲ ὅσαι συνεστήκασιν ἐκ βραχέος φωνήεντος ἢ βραχέως λαμβανομένου καὶ ὅσαι λήγουσιν εἰς ταῦτα.

Dionysius Thrax, qui de syllabis eadem fere*) docet quae Halicarnassensis, art. gramm. p. 16 Uhl. ita definit: Συλλαβή ἐστι κυρίως σύλληψις συμφώνων μετὰ φωνήεντος ἢ φωνηέντων οἷον κα̅ρ̅ βοῦς· καταχρηστικῶς δὲ καὶ ἡ ἐξ ἑνὸς φωνήεντος οἷον τὸ α̅ η̅**) et ita Halicarnassensis de compos. p. 180: ἡ ἐκ τοῦ η γινομένη συλλαβή. Nec solum syllabas longas et breves distinguit Dionysius Halic., sed etiam harum non omnium eandem esse vim et naturam musicos secutus affirmat de comp. p. 178: Μήκους δὲ καὶ βραχύτητος συλλαβῶν οὐ μία φύσις, ἀλλὰ καὶ μακρότεραί τινές εἰσι τῶν μακρῶν καὶ βραχύτεραι τῶν βραχειῶν. Exemplis satis dilucide explicat doctrinam. Idem fere tradit Quintilianus IX 4,84. cf. Westphal (— Rossbach) Metr.[2] I p. 518 sqq., qui carpit grammaticos Alexandrinos (metricos) qui longam duplex brevis syllabae tempus habere docerent, ultra nihil statuerent, et collaudat Halicarnassensem. Sed hic ipse quamquam breves a brevibus, longas a longis differe aperte docet, tamen longam duplicem brevis moram obtinere dicit p. 182: Αἰτία δὲ ἥτις ἐστὶ τοῦ μήτε τὰς μακρὰς ἐκβαίνειν τὴν ἑαυτῶν φύσιν, μέχρι γραμμάτων ἑπτὰ μηκυνομένας, μήτε τὰς βραχείας εἰς ἓν ἀπὸ πολλῶν γραμμάτων συστελλομένας, ἐκπίπτειν τῆς βραχύτητος, ἀλλὰ κἀκείνας ἐν διπλασίῳ λόγῳ θεωρεῖσθαι τῶν βραχειῶν καὶ ταύτας ἐν ἡμίσει τῶν μακρῶν***) οὐκ ἀναγκαῖον ἐν τῷ παρόντι σκοπεῖν. Congruunt Dionysii praecepta cum duobus Aristoxeni fragmentis (Westph. I p. 522): Μεγέθη μὲν γὰρ χρόνων οὐκ ἀεὶ τὰ αὐτὰ κατέχουσιν αἱ συλλαβαί, λόγον μέντοι τὸν αὐτὸν ἀεὶ τῶν μεγεθῶν, et (ib. p. 521): ἥμισυ μὲν γὰρ κατέχειν τὴν βραχεῖαν χρόνου, διπλάσιον δὲ τὴν μακράν. Et in pedibus metiendis rhythmica doctrina remota Dionysium grammaticorum rationem secutum syllabas enumerare infra videbimus.

*) habet quinque genera syllabarum, quae positione (θέσει) longae fiunt et κοινὴν συλλαβὴν (p. 20 U.) triplicem. Dionysius Halic. quoque positionem indicavit, si coniectura nostra valet (ἢ δύο).

**) Discrepat ab his Aristotelis de syllabis doctrina poet. c. 20, v. Steinthal l. c. p. 254.

***) cf Quint. IX 4,47: longam esse duorum temporum, brevem unius etiam pueri sciunt.

Iam quod ex syllabis poetas et oratores vocabula effingere rebusque accommodare docet de comp. p. 184—192 Sch. conspirat cum Demetrio περὶ ἑρμην. § 220: τὰ πεποιημένα ὀνόματα τὰ κατὰ μίμησιν ἐκφερόμενα πάθους ἢ πράγματος. cf. Quintilian. VIII 6. 31: „Ὀνοματοποιΐα quidem id est fictio nominis, Graecis inter maximas habita virtutes, nobis vix permittitur. Et sunt plurima ita posita ab iis, qui sermonem primi fecerunt, aptantes affectibus vocem. Nam mugitus et sibilus et murmur inde venerunt. Deinde tamquam consummata sint omnia, nihil generare audemus ipsi, cum multa cotidie ab antiquis ficta moriantur. Vix illa, quae πεποιημένα vocant, quae ex vocibus in usum receptis quocunque modo declinantur, nobis permittimus, qualia sunt sullaturit et proscripturit".

Erat magna inter veteres philosophos et grammaticos contentio, naturane vocabula facta sint an inter homines convenerint (φύσει an νόμῳ sive θέσει), qua de re est locupletissimus testis Platonis dialogus, qui Cratylus inscribitur. v. Steinthal p. 42 sqq. Illi vocabula quasi imagines quasdam rerum esse putabant, eisque adstipulabatur Dionysius de compos. p. 194: Μεγάλη τούτων ἀρχὴ καὶ διδάσκαλος ἡ φύσις ποιοῦσα ἡμᾶς μιμητικοὺς καὶ θετικοὺς τῶν ὀνομάτων, οἷς δηλοῦται τὰ πράγματα κατά τινας εὐλόγους καὶ κινητικὰς τῆς διανοίας ὁμοιότητας. Affert exempla et addit: καὶ ἄλλα τούτοις ὅμοια παμπληθῆ, τὰ μὲν φωνῆς μιμητικά, τὰ δὲ μορφῆς, τὰ δὲ ἔργου, τὰ δὲ πάθους, τὰ δὲ κινήσεως, τὰ δὲ ἠρεμίας, τὰ δὲ ἄλλου χρήματος ὁτουδήποτε· περὶ ὧν εἴρηται πολλὰ τοῖς πρὸ ἡμῶν. τὰ κράτιστα δὲ νέμω, ὡς πρώτῳ τὸν ὑπὲρ ἐτυμολογίας εἰσαγαγόντι λόγον Πλάτωνι τῷ Σωκρατικῷ, πολλαχῇ μὲν καὶ ἄλλοθι, μάλιστα δὲ ἐν τῷ Κρατύλῳ. Vides Platonis Cratylum laudatum, ex quo iam antea pauca in suam doctrinam transtulerat Dionysius. Quae hic de vocabulis ut rerum imitamentis disputat, haud scio an Socratis iocandi ratione non satis perspecta adsumpserit. Denique monet nos hanc se totam quaestionem instituisse, ut elementis, syllabis, vocabulis pulchris pulchram orationem nasci demonstraret, et adicit Homeri exempla, quibus ὀνοματοποιΐα quam dicunt maxime spectatur. Ceterum quivis facile videt maiorem huius quaestionis partem ad ἐκλογὴν ὀνομάτων esse relegandam. Vide quae supra p. 17 sqq. disserui.

In hanc de voce et litteris quaestionem — ut paucis comprehendam — contulit Dionysius philosophorum et rhetorum, grammaticorum et rhythmicorum studia: in eis quae ad philosophiam pertinent Aristotelem et Platonem, quae ad musicam Aristoxenum, quae ad rhetoricen Theophrastum potissimum auctorem secutus esse videtur.

II.

Pulchra fit compositio numeris (p. 216—258 Sch.).

Superiorum vestigia Dionysium pressisse in quaestione de numeris legentibus nobis ultro occurrit idque Mestwerdt p. 29—34 probavit. Neque tamen vereor, ne acta videar agere, si rem retractabo et pauca de meo adiciam.

Ad rerum ordinem supra institutum nec ubique servatum redit p. 216 Sch.: Ἐπεὶ δὲ τοὺς ῥυθμοὺς ἔφην οὐ μικρὰν μοῖραν ἔχειν τῆς ἀξιωματικῆς καὶ μεγαλοπρεποῦς συνθέσεως, ἵνα μή με τις εἰκῇ δόξῃ λέγειν ῥυθμοὺς καὶ μέτρα, μουσικῆς οἰκεῖα θεωρίας, εἰς οὐ ῥυθμικὴν οὐδ' ἔμμετρον εἰσάγοντα διάλεκτον, ἀποδώσω καὶ τὸν ὑπὲρ τούτων λόγον (nova et mira putes Dionysium tradere).

Iam conferas inter se Dionys. p. 216: Monosyllaborum rhythmus non est et Aristoxen. fragm. p. 413 Marq.: ‚ἐξ ἑνὸς χρόνου ποὺς οὐκ ἂν εἴη φανερόν.' Dionys. p. 218: ‚τὸ αὐτὸ καλῶ πόδα καὶ ῥυθμόν', p. 228: ‚οὗτοι δώδεκα ῥυθμοί τε καὶ πόδες εἰσίν' Aliter Aristoxenus (Marq. p. 412): ‚ᾧ σημαινόμεθα τὸν ῥυθμὸν καὶ γνώριμον ποιοῦμεν τῇ αἰσθήσει πούς ἐστιν εἷς ἢ πλείους.' — Sequitur apud Dionysium pedum conspectus, quem haec tabula explanabit:

πόδες (ῥυθμοί) (p. 218 sq.)

	δισύλλαβοι		τρισύλλαβοι
◡ ◡	ἡγεμών, πυρρίχιος	◡ ◡ ◡	χορεῖος, τρίβραχυς
— —	σπονδεῖος	— — —	μολοττός
◡ —	ἴαμβος	◡ — ◡	ἀμφίβραχυς
— ◡	τροχαῖος	◡ ◡ —	ἀνάπαιστος
		— ◡ ◡	δάκτυλος
		[◡ ◡ —	κύκλος s. κύκλιος]
		— ◡ —	κρητικός
		— — ◡	βακχεῖος
		◡ — —	ὑποβακχεῖος.

Eosdem duodecim pedes — cyclium Halicarnassensis quoque non numerat — exhibet Dionysius Thrax gram. ed. Uhl. suppl. p. 117 sqq.: Ποὺς ἐστι μετρικὸν σύστημα συλλαβῶν, ὁ μὲν ἁπλοῦς δύο ἢ τριῶν, ὁ δὲ σύνθετος ἀπὸ τεσσάρων μέχρι ἕξ. Vides monosyllaborum pedem non esse; simplices pedes esse duarum aut trium syllabarum, praeterea compositos. Pergit: πόδες εἰσὶν ἁπλοῖ μὲν δύο καὶ δέκα, ὧν δισύλλαβοι μὲν τέσσαρες <— —, ⏑ ⏑, — ⏑, ⏑ —>, τρισύλλαβοι δὲ ὀκτώ <— ⏑ ⏑, ⏑ ⏑ —, — ⏑ — ἀμφίμακρος, ⏑ — ⏑, ⏑ — — βακχεῖος, — — ⏑ παλιμβακχεῖος, ⏑ ⏑ ⏑ χορεῖος, — — —>.

Compositos pedes Halicarnassensis quoque agnoscit, velut de comp. p. 242: διατελῶ et τῇ τε πόλει, quas syllabas metro paeonico includit*).

Quos simplicium pedum nobiles atque ad orationem exornandam aptos putaverit, haec altera tabula illustrat:

πόδες χρήσιμοι (γενναῖοι)	ἀγενεῖς (ταπεινοί)
— —	⏑ ⏑
⏑ ⏑ —	— ⏑
— ⏑ ⏑	⏑ ⏑ ⏑
— ⏑ —	⏑ — ⏑
— — ⏑	
⏑ — —	
— — —	

adde compositorum paeanes { — ⏑ ⏑ ⏑ | ⏑ — ⏑ ⏑ | ⏑ ⏑ — ⏑ | ⏑ ⏑ ⏑ — };

⏑ — iambus ‚οὐκ ἀγενής' quidem, certe ‚γενναιότερος τοῦ τροχαίου', iambus ex Dionysii doctrina non omnino dignitate caret, ut non pugnet cum hoc loco, quod de comp. p 244 inter numeros fugiendos refertur. Adiungit, ut solet, quaestionem de vi singulorum rhythmorum et exemplis ex poetis et oratoribus depromptis illustrat.

Inquirentibus iam nobis, quos auctores Dionysius in re rhythmica tractanda secutus sit, multae gravesque officiunt difficultates. Graeci enim, ut erant musis amici, inde ab antiquissimis temporibus musicis non solum delectatos esse,

---

*) syllabam claudentem ancipitem vult, ut τουτονὶ bacchium (— — ⏑) sive creticum (— ⏑ —) esse dicat p. 244.

sed etiam de arte musica, cui subicitur metrica et rhythmica, quaesivisse, et per se consentaneum est et certis testimoniis firmatur.

Dionysium autem viam ipsum sibi hac in parte munivisse, non priorum vestigiis institisse, quis sibi persuadebit, cum ipse saepius quam alias metricos et rhythmicos laudet? ut de comp. p. 224: οἱ μέντοι ῥυθμικοὶ τούτου τοῦ ποδὸς (dactyli) τὴν μακρὰν βραχυτέραν εἶναί φασι τῆς τελείας· οὐκ ἔχοντες δὲ εἰπεῖν πόσῳ, καλοῦσιν αὐτὴν ἄλογον. ἕτερον δὲ ἀντίστροφόν τινα τούτῳ ῥυθμόν, ὃς ἀπὸ βραχειῶν ἀρξάμενος ἐπὶ τὴν ἄλογον τελευτᾷ, χωρίσαντες ἀπὸ τῶν ἀναπαίστων, κύκλον καλοῦσι. p. 228: τούτοις ἀμφοτέροις ὀνόματα κεῖται τοῖς ποσὶν ὑπὸ τῶν μετρικῶν βακχεῖος μὲν τῷ προτέρῳ (— — ◡), θατέρῳ (◡ — —) δὲ ὑποβακχεῖος. Quae priore loco disputat de rhythmicis, spectant ni fallor Aristoxeneos; metricos intellegendos puto grammaticos, quo in numero sunt Alexandrini. Aristophanem enim refert Dionysius inter metricos de comp. p. 312 Sch.: Κῶλα δέ με δέξαι νυνὶ λέγειν, οὐχ οἷς Ἀριστοφάνης ἢ τῶν ἄλλων τις μετρικῶν διεκόσμησε τὰς ᾠδάς. Quod autem metricorum et rhythmicorum certamen fuerit, etiam plenius disserit Quintilianus loco a multis tractato IX 4, 46 sqq.

Dionysius etsi multis locis musicorum imprimis Aristoxeneorum studia novisse et amplexus esse facile perspicitur*), tamen in re rhythmica magis ad metricorum disciplinam inclinat idemque iudicat quod Quintilianus IX 4, 52: ‚In compositione orationis certior et magis omnibus aperta servari debet dimensio; est igitur in pedibus‘. Neque obstat huic sententiae, quod supra de syllabarum modo disputans nec longarum nec brevium omnium eandem quantitatem esse dixit, quod propius ad Aristoxeni ex temporis ratione pedes metiendi doctrinam accedit, neque quod de Demosth. c. 48 p. 1101 R. pro ῥυθμῷ posuit χρόνον. Aperte enim in singulis pedibus enumerandis et in exemplis ad rhythmorum leges recensendis syllabis, non intervallis metitur (de comp. p. 234, p. 238 etc.), cum Dionysio Thrace grammatico in pedibus enarrandis consentit, simplices pedes praeter duarum et trium syllabarum non agnoscit, nomina a metricis po-

*) v. p. 38.

sita usurpat (μολοττός p. 222, βακχεῖος p. 228), neque rhythmicorum cyclium pedem agnoscit. Quinam sunt autem isti metrici? anne Aristophanes, qui grammaticus idemque metricus fuit, aut Dionysius Thrax, qui saepe cum Halicarnassensi conspirat? Sed unde ipsius doctrina? Non iam sunt in aperto nomina. Aliud porrigat in his tenebris Ariadne filum; nomina desunt, re ducti quaeramus: Qui sunt qui syllabis pedes metiebantur? Optatissimum est quod Cicero or. c. 57 § 191 et 194 de numeris disputans tradit: ‚Ephorus autem, levis ipse orator, sed profectus ex optima disciplina, paeana sequitur aut dactylum, fugit autem spondeum et trochaeum. . . . Ephorus vero ne spondeum quidem, quem fugit, intellegit esse aequalem dactylo, quem probat. Syllabis enim metiendos pedes, non intervallis existimat; quod idem facit in trochaeo, qui temporibus et intervallis est par iambo‘. Adde § 172: ‚Omitto Isocratem discipulosque eius Ephorum et Naucratem, quamquam orationis faciendae et ornandae auctores locupletissimique ipsi oratores esse debebant.‘ cf. de or. III § 173—174. In Isocrateorum igitur disciplinam deducti sumus.

Atque Isocrates quidem, caput disciplinae et ipse limatissimus orationum artifex, in arte praeceperat (fragm. 12 apud Baiter-Sauppe orat. att.): ‚ὅλως δὲ ὁ λόγος μὴ λόγος ἔστω· ξηρὸν γάρ, μηδὲ ἔμμετρος· καταφανὲς γάρ. ἀλλὰ μεμίχθω*) παντὶ ῥυθμῷ, μάλιστα ἰαμβικῷ ἢ τροχαϊκῷ. Hic quoque ut apud Dionysium ῥυθμὸς idem dicitur quod πούς. Sed habet hic locus aliquid spinosi. Spengelius adnotat: ‚Quae postrema si ipsius sunt Isocratis neque ex Hermogene III 208 translata (aliis enim locis haec desiderantur), Aristotelem, qui illos numeros (⏑ —, — ⏑) improbat, et hic Isocratis doctrinam impugnare certum est‘. Sed praecepta Dionysii, quem et alibi Isocratis disciplinam secutum esse ostendunt loci p 489 R, 492, 494, 496, 540 etc., mire cum Isocratis verbis congruunt, nisi quod trochaeos et aliquatenus iambos improbat. Expellit trochaeos Ephorus

*) Dionys. de comp. p. 232: ‚οὐδὲ γὰρ ἀπελαύνεται ῥυθμὸς οὐδεὶς ἐκ τῆς ἀμέτρου λέξεως, ὥσπερ ἐκ τῆς ἐμμέτρου.‘ Cicero or. § 195: ‚Ego autem sentio omnes in oratione esse quasi permixtos et confusos pedes‘.

quoque, iambos ex Ciceronis verbis recepisse videtur (or. § 194): ‚quod idem facit in trochaeo, (ut dactylum admittit, spondeum reicit), qui temporibus et intervallis est par iambo, sed eo vitiosius in oratione, si ponatur extremus, quod verba melius in syllabas longiores cadunt'. Quamborem verba ‚μάλιστα ἰαμβικῷ ἢ τροχαϊκῷ' vix ex Isocratis disciplina sunt profecta*). Ceterum princeps inveniendi est Thrasymachus, etsi ‚neminem in eo genere scientius versatum Isocrate confitendum est' (Cic. or. § 175).

Locupletiorem messem facere licet ex Aristotelis art. rhet. III c. 8, quem Dionysius ipse infra nominat (p. 384 Sch.); iuvabit totum locum apponere: Τὸ δὲ σχῆμα τῆς λέξεως δεῖ μήτε ἔμμετρον εἶναι μήτε ἄρρυθμον· τὸ μὲν γὰρ ἀπίθανον, πεπλάσθαι γὰρ δοκεῖ, καὶ ἅμα καὶ ἐξίστησι· προσέχειν γὰρ ποιεῖ τῷ ὁμοίῳ, πότε πάλιν ἥξει. ὥσπερ οὖν τῶν κηρύκων προλαμβάνουσι τὰ παιδία τὸ τίνα αἱρεῖται ἐπίτροπον ὁ ἀπελευθερούμενος; Κλέωνα. τὸ δὲ ἄρρυθμον ἀπέραντον, δεῖ δὲ πεπεράνθαι μέν, μὴ μέτρῳ δέ· ἀηδὲς γὰρ καὶ ἄγνωστον τὸ ἄπειρον. περαίνεται δὲ τῷ ἀριθμῷ πάντα· ὁ δὲ τοῦ σχήματος τῆς λέξεως ἀριθμὸς ῥυθμός ἐστιν, οὗ καὶ τὰ μέτρα τμητά. διὸ ῥυθμὸν δεῖ ἔχειν τὸν λόγον, μέτρον δὲ μή, ποίημα γὰρ ἔσται, ῥυθμὸν δὲ μὴ ἀκριβῶς· τοῦτο δὲ ἔσται, ἐὰν μέχρι του ᾖ (idem praecipit Theophrastus apud Ciceronem de or. III c. 48). His in universum disputatis de rhythmorum dignitate disserit: τῶν δὲ ῥυθμῶν ὁ μὲν ἡρῷος σεμνὸς καὶ λεκτικῆς ἁρμονίας δεόμενος**) [Dionysius p. 224: δάκτυλος μὲν καλεῖται, πάνυ δέ ἐστι σεμνὸς καὶ εἰς κάλλος ἁρμονίας ἀξιολογώτατος], ὁ δ' ἴαμβος αὐτή ἐστιν ἡ λέξις ἡ τῶν πολλῶν. διὸ μάλιστα πάντων τῶν μέτρων ἰαμβεῖα φθέγγονται λέγοντες. δεῖ δὲ σεμνότητα γενέσθαι καὶ ἐκστῆσαι (improbat iambum). ὁ δὲ τροχαῖος κορδακικώτερος· δηλοῖ δὲ τὰ τετράμετρα· ἔστι γὰρ ῥυθμὸς τροχαῖος τὰ τετράμετρα· λείπεται δὲ (alis reiectis) παιάν, ᾧ ἐχρῶντο μὲν ἀπὸ Θρασυμάχου ἀρξάμενοι (quod idem Cicero et Quintilianus testan-

---

*) at versus, quos triginta fortasse ex Isocrate collegit Hieronymus (Cic. or. 56,190), plerique senarii erant; sed ‚fecit malitiose' Hieronymus.

**) Scite L. Spengel adnot. ad Arist. rhet. III 8 probat Aristotelem his verbis dactylum damnasse; sed Dionysius, qui Aristotelis librum multum versasse videtur, — laudat librum III p. 384 — hoc loco dactylum commendari putat putavitque Cicero de or. III 47, 182.

tur haud scio an Aristotele auctore), οὐκ εἶχον δὲ λέγειν τίς ἦν κτλ.

Aristotelis discipuli in magistri doctrina elaboraverunt ita, ut Aristoxenus artem quae vere rhythmica dicitur amplexus Aristotelis fundamenta altius exstrueret, Theophrastus et Theodectes orationi numerosae magis operam impertirent. Imprimis Theophrastum de his rebus accuratissime egisse testatur Cicero.

Atque Tullius ipse tantum studii illorum auctoritate ductus impertivit his quaestionibus, ut de se praedicare posset (or. § 226): ,Plura de numerosa oratione diximus quam quisquam ante nos'. Antiquorum studia in usum suum convertit, plures quam priores pedes admisit, sequitur in metiendis pedibus temporis rationem (ex Aristoxeni doctrina), de clausularum numero ab antiquis dissentit; or. c. 49—68, de or. III c. 44—52. Sed Ciceronis praecepta accuratius examinare et comparare cum Dionysianis longum est.

Nominatim probatos igitur invenerat Dionysius numeros (pedes):

— ⏑ ⏑ ⏑ }
(⏑ — ⏑ ⏑ } omnes probant
⏑ ⏑ — ⏑ }
⏑ ⏑ ⏑ —) }

— ⏑ ⏑ } Ephorus et Cicero
⏑ — }

— ⏑ — }
— — } Cicero probat
⏑ — — ⏑ — (dochmium) }

Pro recepto dactylo facile ponere poterat Dionysius rhythmicos secutus*) ⏑ ⏑ — anapaestum; bacchium et hypobacchium eodem modo ex paeane fingere ei licuit

⏑ ⏑ ⏑ — = ⏑ — —
— ⏑ ⏑ ⏑ = — — ⏑

nec minus in hos cretici ratio quadrat (⏑⏑ ⏑ —). Ceterum

*) ut Cicero or. c. 57 spondeum aequalem dicit dactylo, trochaeum iambo, c. 64 creticum pa ani, trochaeum choreo (— ⏑ = ⏑ ⏑ ⏑), spatio parem, non syllabis.

bacchius (Dionysii hypob.) pes est etiam in dochmio quem exhibet Cicero (◡ — — + ◡ —).

Denique haudquaquam praefracte negarim, cum haec non traderentur in vulgari disciplina (Cic. de or. III § 188), Dionysium rem paululum promovisse. Sed de numeris aequo plus temporis consumpsimus, iam ut ad aliam quaestionis partem transire iuvet.

III.

Pulchra compositio fit varietate (p. 258—270 Sch).

‚Κόρον δ' ἔχει, φησὶν ὁ Πίνδαρος, καὶ μέλι καὶ τὰ τέρπν' ἄνθε' ἀφροδίσια*)' (Dionys. ad Cn. Pomp. c. 3). Displicent etiam orationes, si unus idemque tenor continuatur; multimodis sunt variandae et immutandae, ne satietatem afferant. Ἦν δέ μοι, inquit Dionysius p. 258 Sch., τρίτον θεώρημα τῶν ποιούντων τὴν καλὴν (malim καλὴν τὴν) ἁρμονίαν ἡ μεταβολή, λέγω δὲ .... τὴν ἐν τοῖς ὁμοειδέσι ποικιλίαν· κόρον γὰρ ἔχει καὶ τὰ καλὰ πάντα ὥσπερ καὶ τὰ ἡδέα μένοντα ἐν τῇ ταυτότητι· ποικιλλόμενα δ' ἐν ταῖς μεταβολαῖς ὡς ἀεὶ καινὰ μένει. Deinde arte poetae et oratoris in comparationem vocata orationem multo liberiorem et sane solutam esse ostendit. Variationem et mutationem oratio imprimis requirit, ut naturam sequi, non artificiorum fucum prae se ferre videatur. Nec deerant qui praeceptis hoc flagitarent. Isocratis verba ‚ἀλλὰ μεμίχθω παντὶ ῥυθμῷ' supra dedi. Cicero de or. III § 184 sqq.: Neque vero haec tam acrem curam diligentiamque desiderant, quam est illa poetarum, quos necessitas cogit et ipsi numeri ac modi sic verba versu includere, ut nihil sit ne spiritu quidem minimo brevius aut longius quam necesse est. Liberior est oratio et plane, ut dicitur, sic est vere soluta, non ut fugiat tamen aut erret, sed ut sine vinculis sibi ipsa moderetur. Namque ego illud adsentior Theophrasto, qui putat orationem, quae quidem sit polita atque facta quodam modo, non astricte, sed remissius numerosam esse oportere. Etenim, sicut ille suspicatur, ex istis modis,

---

*) Praecedit apud Pindarum Nem. VII 53 ‚ἀλλὰ γὰρ ἀνάπαυσις ἐν παντὶ γλυκεῖα ἔργῳ', vulgo apud Dionysium legunt τέρπν' ἀφροδίσια; ἄνθε' reposuit Herwerden (epist. crit. p. 35).

quibus hic usitatus versus efficitur, post anapaestus, procerior quidam numerus, effloruit; inde ille licentior et divitior fluxit dithyrambus, cuius membra et pedes, ut ait idem, sunt in omni locupleti oratione diffusa. Si numerosum est in omnibus sonis atque vocibus, quod habet quasdam impressiones et quod metiri possumus intervallis aequalibus, recte genus hoc numerorum, dummodo ne continuum sit, in orationis laude ponatur.‘ His similia sunt, quae sequuntur. ‚Atque haec quidem ab eis philosophis, quos tu maxime diligis, Catule, dicta sunt.‘

Quae illis philosophis — Theophrasto imprimis puta — de variatione et mutatione disputata sunt, si comparamus cum Dionysii doctrina, non nova praecepta eum tradidisse plane videmus.

IV.

Compositio pulchra fit decoro (πρέποντι, p. 270—286).

Restat ut de ultimo nec levissimo adminiculo orationis ornandae et augendae disseramus, quid in quaque re aut persona deceat, qua de re haec praecipit Dionysius p. 272: Ὁμολογουμένου δὴ παρὰ πᾶσιν, ὅτι πρέπον ἐστὶ τὸ τοῖς ὑποκειμένοις ἁρμόζον προσώποις τε καὶ πράγμασιν, ὥσπερ ἡ ἐκλογὴ τῶν ὀνομάτων ἡ μέν τις ἂν εἴη πρέπουσα τοῖς ὑποκειμένοις, ἡ δὲ ἀπρεπής (v. s. p. 18), οὕτω δή που καὶ ἡ σύνθεσις· παράδειγμα δὲ τούτου χρὴ παραλαμβάνειν τὴν ἀλήθειαν. Ὃ δὲ λέγω τοιοῦτον· οὐχ ὁμοίᾳ συνθέσει χρώμεθα ὀργιζόμενοι καὶ χαίροντες, οὐδὲ ὀλοφυρόμενοι καὶ φοβούμενοι, οὐδ᾽ ἐν ἄλλῳ τινὶ πάθει ἢ κακῷ ὄντες, ὥσπερ ἐὰν ἐνθυμώμεθα καὶ μηδὲν ἡμᾶς ὅλως ταράττῃ μηδὲ παραλυπῇ . . . ταῦτα δὲ παρατηροῦντα δεῖ τὸν ἀγαθὸν ποιητήν τε καὶ ῥήτορα (etiam infra utrisque praecipit, poetis et oratoribus) μιμητικὸν εἶναι τῶν πραγμάτων ὑπὲρ ὧν ἂν τοὺς λόγους ἐκφέρῃ, μὴ μόνον κατὰ τὴν ἐκλογὴν τῶν ὀνομάτων, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν σύνθεσιν. Rem illustrat exemplo dilucido ex Homeri Odyss. λ 593 sqq. allato; fusius disputat de imitatione saxi ruentis (Sisyphi); hoc addere licet ad celeritatem et sonum imitandum multum valere, quod consonantes (τ π κ λ ν) non circa unam oris partem proferuntur, sed lingua huc illuc quasi volitare cogitur. Sed hoc nihil ad rem. Quae ab antiquis

hac in quaestione acceperit quaeritur. Atque ipse quidem nos natura institutos esse, ut res loquendo imitemur, dicit. Ad naturam autem ars accessit, quam Homerus iam optime excercuit*) (278 Sch.): Καὶ ὅτι ταῦτα (Homeri elocutio) οὐ φύσεώς ἐστιν αὐτοματιζούσης ἔργα, ἀλλὰ τέχνης μιμήσασθαι τὰ γινόμενα πειρωμένης, τὰ τούτοις ἑξῆς λεγόμενα δηλοῖ. Sed artis doctrinam hac in parte non multum profecisse ipse queritur Dionysius p. 144 Sch.: ἐπὶ πάντων οἴομαι δεῖν τὸν καιρὸν ὁρᾶν. οὗτος γὰρ ἡδονῆς μαὶ ἀηδίας κράτιστον μέτρον. καιροῦ δὲ οὐδὲ ῥήτωρ οὐδεὶς οὐδὲ φιλόσοφος εἰς τόδε χρόνου τέχνην ὥρισεν· οὐδ' ὅσπερ πρῶτος**) ἐπεχείρησε περὶ αὐτοῦ γράφειν, Γοργίας ὁ Λεοντῖνος, οὐδ' ὅτι λόγου ἄξιον ἔγραψεν. οὐδὲ ἔχει φύσιν τὸ πρᾶγμα εἰς καθολικὴν καὶ ἔντεχνόν τινα περίληψιν πεσεῖν· οὐδ' ὅλως ἐπιστήμῃ θηρατός ἐστιν ὁ καιρός, ἀλλὰ δόξῃ. cf. p. 146 et de Lys. c. 11 p. 475 R. Haec quidem de καιρῷ, sed καιρὸς magnam partem τοῦ πρέποντος explet, ut etiam de decoro doctrina quae tradebatur Dionysio tenuis visa sit. Et perpauca sunt, quae ipse tradit. Statim definitionem decori, si iustam definitionem accipi vult, inter omnes constare dicit; alia autem nos in aliis animi affectibus elocutione uti, et quod de toto genere elocutionis dicitur, id ad partem compositionis referre, non est reconditioris scientiae. Ceterum haec Dionysius secutus praeclaras illas Aristotelis (rhet. II) de moribus et affectibus disputationes tradere videtur. Attulerat Aristoteles quoque illud Homeri exemplum (rhet. III c. 11): ἐν πᾶσι δὲ τῷ ἐνέργειαν ποιεῖν εὐδοκιμεῖ, οἷον ἐν τοῖσδε·

αὖτις ἐπὶ δάπεδόνδε κυλίνδετο λᾶας ἀναιδής,

quamquam Aristoteles non propter rhythmorum cursum laudat locum, sed propter translationem; τὸ ἀναισχυντεῖν γὰρ . . . ἐνέργεια· ὡς γὰρ ὁ λίθος πρὸς τὸν Σίσυφον, ὁ ἀναισχυντῶν πρὸς τὸν ἀναισχυντούμενον.

Praeter Aristotelem alios quoque spectare videntur Ciceronis verba or. c. 21 § 70, qui quanti momenti duxerit

---

*) Scripsit Telephus Pergamenus τέχνην περὶ τῆς καθ' Ὅμηρον ῥητορικῆς. v. Spengel art script. p. 210 sq. et Brzoska l. l. p. 60. Nescio an huiuscemodi conamina iam Plato perstrinxerit Phaedr. p. 261 B.

**) Diog. Laert. IX 52: <Πρωταγόρας> πρῶτος μέρη χρόνου διώρισε καὶ καιροῦ δύναμιν ἐξέθετο.

decorum, ex eodem loco cognosces: ‚Magni igitur iudicii, summae etiam facultatis esse debebit moderator ille et quasi temperator huius tripartitae varietatis. Nam et iudicabit quid cuique opus sit et poterit quocumque modo postulabit causa dicere. Sed est eloquentiae sicut reliquarum rerum fundamentum sapientia. Ut enim in vita*), sic in oratione nihil est difficilius quam quid deceat videre. Πρέπον appellant hoc Graeci; nos dicamus sane decorum. De quo praeclare et multa praecipiuntur et res est cognitione dignissima. Huius ignoratione non modo in vita, sed saepissime et in poematis et in oratione peccatur [utrumque spectat ut Dionysius]. Est autem quid deceat oratori videndum non in sententiis solum, sed etiam in verbis (πρέπουσα ἐκλογή et πρέπουσα σύνθεσις). Non enim omnis fortuna, non omnis honos, non omnis auctoritas, non omnis aetas, nec vero locus aut tempus (καιρός) aut auditor omnis eodem aut verborum genere tractandus aut sententiarum semperque in omni parte orationis ut vitae quid deceat est considerandum: quod et in re de qua agitur positum est et in personis et eorum qui dicunt et eorum qui audiunt. Itaque hunc locum longe et late patentem philosophi solent in officiis tractare, — non quum de recto ipso disputant, nam id quidem unum est —, grammatici in poetis, eloquentes in omni et genere et parte causarum. cf. de or. III 55 § 210—213.

Vides Ciceronem quid decorum sit fusius tractare quam Dionysium. Atque haec maximam partem fluxisse ex fontibus graecis, unde Dionysio quoque haurire licuit ipsius verba luculenter declarant. Stoicorum praecepta quid deceat in vita Dionysius neglexisse, Cicero in usum artis oratoriae convertisse videtur.

Iam Dionysio ipso duce pervenimus ad finem quaestionis, quae in oratione bene componenda spectare debeamus; minutiores res levioresque discipulo, quod erat tunc rhetoribus in more, exercitationibus cotidianis se traditurum promittit p. 284 Sch.

---

*) Huc pertinet Panaetii liber περὶ καθήκοντος (Cic. ad Att. 16, 11, 4).

Caput VI.

De compositionis generibus.

(,τίνες αἱ γενικώταται τῆς συνθέσεώς εἰσι διαφοραὶ καὶ τίς ἑκάστης ⟨ὁ⟩ χαρακτὴρ καὶ ποίαν κρατίστην αὐτῶν πείθομαι', p. 16).

Suum quisque genus compositionis habet*), ut si accurate rem examinemus, quot homines tot genera artis verba compenendi statuamus necesse sit. Τὰς μέντοι γενικὰς αὐτῆς διαφοράς, inquit Dionysius p. 290, ταύτας εἶναι πείθομαι τὰς τρεῖς, αἷς ὁ βουλόμενος ὀνόματα θήσεται τὰ οἰκεῖα, ἐπειδὰν τούς τε χαρακτῆρας αὐτῶν καὶ τὰς διαφορὰς ἀκούσῃ· ἐγὼ μέντοι κυρίοις ὀνόμασιν οὐκ ἔχων αὐτὰς προσαγορεῦσαι, ὡς ἀκατονομάστους μεταφορικοῖς ὀνόμασι καλῶ, τὴν μὲν αὐστηράν, τὴν δὲ γλαφυρὰν ἢ ἀνθηράν, τὴν δὲ τρίτην κοινήν (alibi eam dicit μέσην vel μικτήν). Et ipse quidem de Demosth. c. 36 dicit: Τί θαυμαστόν, εἰ αἱ τῆς λέξεως ἁρμονίαι (= συνθέσεως γένη) τρεῖς οὖσαι τὸν ἀριθμὸν οὐκ ἔχουσιν εἰλικρινῆ τὴν φύσιν, οὐδ' ἀνεπίμικτον, ἀλλ' ἐκ τῶν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ συμβεβηκότων αὐταῖς ὀνόματός τ' ἠξίωνται καὶ χαρακτῆρος**) Deinde fusius disputat de his tribus componendi generibus, qui in quoque floruerint et praestiterint enumerat, in sublimi Antimachum, Empedoclem, Pindarum, Aeschylum, Thucydidem, Antiphontem; in florido Hesiodum, Sapphonem, Anacreontem; Euripidem, Ephorum, Theopompum, Isocratem; in medio Homerum, Stesichorum, Alcaeum, Sophoclem, Herodotum, Demosthenem, Democritum, Platonem, Aristotelem.

Dionysius igitur compositionis quoque, non elocutionis modo, tria genera statuit, et auctores eorum nominavit. Hoc quidem non ita magni momenti est, cum a Dionysio ut ab aliis artium scriptoribus tria genera dicendi statuta essent, elocutionis autem primariae partes essent electio verborum et compositio, quod in toto genere elocutionis valeret, id in partibus statuere et tria genera componendi quoque distinguere, sublime dico, tenue, medium. Gravius est, quod

*) cuius rei causas affert Dionysius de Dem. c. 36.

**) compositionis generum doctrinam hoc loco iam magis Dionysio firmatam esse iam Roefsler ni fallor monuit.

genera compositionis cum generibus totius elocutionis non congruunt: etenim elocutionis genera sunt τὸ ὑψηλὸν (τὸ αὐστηρόν), τὸ ἀφελές, τὸ μικτόν (μέσον); compositionis τὸ αὐστηρόν, τὸ γλαφυρόν, τὸ κοινόν (μικτόν). Primum et tertium quidem elocutionis et compositionis genera conspirant et utriusque eidem auctores et quasi principes nominantur (sublimis generis praeter ceteros Thucydidis, medii Demosthenes); sed τὸ γλαφυρόν, cuius generis in libro de compositione praestantissimus auctor laudatur Isocrates, et τὸ ἀφελές, quod Lysiae maxime proprium est, nullo modo conveniunt. Lysiae in libro de comp. verb. omnino mentio non fit; Isocrates floridi hic generis auctor, in libro de Demosthene τὸ μέσον excoluisse fertur et paene perfecisse. Neque ita nos extricare possumus, ut Dionysium posteriore aetate — de Demosthene librum post librum de compositione verb. confecit et edidit — illa priore divisione omissa, tria genera dicendi, quae alii agnoverant, recepisse dicamus; nam in ipso de Demosthene libro illam doctrinam ad verbum retractat. Itaque Dionysium aut sibi non constantem fuisse credas aut compositionis generum aliam esse rationem atque originem. Nimirum tria genera elocutionis, quae ferebantur, ab aliis Dionysium accepit, compositionis genera ipsum finxisse puto.

De tribus elocutionis generibus

iam quae dicenda sunt subnectere non alienum duco. De Demosth. c. 1 (p. 955 R), postquam Thucydidis locum (III c. 82) posuit: ἡ μὲν οὖν ἐξηλλαγμένη καὶ περιττὴ καὶ ἐγκατάσκευος καὶ τοῖς ἐπιθέτοις κόσμοις ἅπασι συμπεπληρωμένη λέξις, ἧς ὅρος καὶ κανὼν ὁ Θουκυδίδης, ὃν οὐθεὶς οὔθ' ὑπερεβάλετο τῶν ἐπιγενομένων οὔτ' ἐμιμήσατο, τοιαύτη τις ἦν. (c. 2) Ἡ δὲ ἑτέρα λέξις, ἡ λιτὴ καὶ ἀφελής, καὶ δοκοῦσα κατασκευήν τε καὶ ἰσχὺν τὴν πρὸς ἰδιώτην ἔχειν λόγον καὶ ὁμοιότητα, πολλοὺς μὲν ἔσχε καὶ ἀγαθοὺς ἄνδρας προστάτας . . . ἐτελείωσε δὲ αὐτὴν . . Λυσίας. (c. 3) Τρίτη λέξεως ἦν ἡ μικτή τε καὶ σύνθετος ἐκ τούτων τῶν δυεῖν· ἣν ὁ μὲν πρῶτος ἁρμοσάμενος καὶ καταστήσας εἰς τὸν νῦν ὑπάρχοντα κόσμον, εἴτε Θρασύμαχος ὁ Χαλκηδόνιος ἦν, ὡς οἴεται Θεόφραστος, εἴτε ἄλλος τις, οὐκ ἔχω λέγειν. οἱ δ' ἐκδεξάμενοι καὶ ἀναθρέψαντες καὶ οὐ πολὺ ἀποσχόντες τοῦ τελειῶσαι, ῥητόρων μὲν Ἰσο-

κράτης ὁ Ἀθηναῖος ἐγένετο, φιλοσόφων δὲ Πλάτων ὁ Σωκρατικός, τούτων γὰρ ἀμήχανον εὑρεῖν τῶν ἀνδρῶν ἑτέρους τινὰς ἔξω Δημοσθένους ἢ τἀναγκαῖα καὶ χρήσιμα κρεῖττον ἀσκήσαντας ἢ τὴν καλλιλογίαν καὶ τὰς ἐπιθέτους κατασκευὰς βέλτιον ἀποδειξαμένους.' Haec Dionysius de dicendi generibus. Sed qui sunt alii illi, a quibus eum genera accepisse dixi? Primus de elocutionis generibus librum composuit Antisthenes, teste Diogene Laert. VI c. 9: Φέρονται δ' αὐτοῦ συγγράμματα, τόμοι δέκα, πρῶτος ἐν ᾧ περὶ λέξεως ἢ περὶ χαρακτήρων. Theophrastum autem illa tria genera distinxisse apparet ex Dionysii loco quem modo attuli (de Dem. c. 3 init.). Certa testimonia huius divisionis exstant apud Cornificium (rhet. ad Herenn.) IV 8, 11: ,Sunt igitur tria genera, quae genera nos figuras appellamus, in quibus omnis oratio non vitiosa consumitur; unam gravem, alteram mediocrem, tertiam attenuatam vocamus. gravis est, quae constat ex verborum gravium lēvi et ornata constructione [electionem et compositionem imprimis spectat]. mediocris est, quae constat ex humiliore neque tamen ex infima et pervulgatissima verborum dignitate. attenuata est, quae demissa est usque ad usitatissimam puri consuetudinem sermonis.' Tria sane sunt elocutionis genera, sed non congruunt cum Dionysianis, medium Dionysii est perfectissimum, quod Cornificius grave appellat. Nec congruunt plane cum Dionysii doctrina, quae Cicero orat. § 75—100 copiose de generibus disputat: ,Ac primum informandus est ille nobis, quem solum quidem vocant atticum. Summissus est et humilis, consuetudinem imitans, ab indisertis re plus quam opinione differens (ἡ λιτὴ καὶ ἀφελὴς καὶ δοκοῦσα κατασκευήν τε καὶ ἰσχὺν τὴν πρὸς ἰδιώτην ἔχειν λόγον καὶ ὁμοιότητα) . . . § 91: Uberius est aliud aliquantoque robustius quam hoc humile, de quo dictum est, summissius autem quam illud, de quo iam dicetur, amplissimum. Hoc in genere nervorum vel minimum est, suavitatis autem est plurimum. . . . § 97: Tertius est ille amplus, copiosus, gravis, ornatus, in quo profecto vis maxima est. Sed multum interest inter hoc dicendi genus et superiora. Qui in illo subtili et acuto elaboravit, ut callide arguteque diceret nec quidquam altius cogitaret, hoc uno perfecto mag-

nus orator est, si non maximus; minimeque in lubrico versabitur, et, si semel constiterit, nunquam cadet. Medius ille quem modicum et temperatum voco, si modo suum illud satis instruxerit, non extimescit ancipites dicendi incertosque casus; etiam si quanto minus succedet, ut saepe fit, magnum tamen periculum non adibit; alte enim cadere non potest. At vero hic noster, quem principem ponimus, gravis, acer, ardens, si ad hoc unum est natus aut in hoc solo se exercuit aut huic generi studet uni nec suam copiam cum illis duobus generibus temperavit, maxime est contemnendus.'

Ciceronis enim secundum genus maxime accedit ad id, quod Dionysius in compositione τὸ γλαφυρὸν vocavit; sublime apud Ciceronem idem quod Dionysii medium. Non erat igitur consentiens doctrina de generibus dicendi; Dionysius Theophrastum secutus est.

Praeterea genus historicum agnovisse videtur (ἱστορικὸν πλάσμα, ἱστορικὸς χαρακτήρ). Epist. ad Cn. Pomp. c. 4,3: Ὕψος τε καὶ κάλλος καὶ μεγαλοπρέπειαν καὶ τὸ λεγόμενον ἰδίως πλάσμα ἱστορικὸν Ἡρόδοτος ἔχει. Planius archaeol. rom. l. I c. 8: σχῆμα δὲ ἀποδίδωμι τῇ πραγματείᾳ οὔθ' ὁποῖον οἱ τοὺς πολέμους ἀναγράψαντες ἀποδεδώκασι ταῖς ἱστορίαις οὔθ' ὁποῖον οἱ τὰς πολιτείας αὐτὰς ἐφ' ἑαυτῶν διηγησάμενοι, οὔτε ταῖς χρονικαῖς παραπλήσιον, ἃς ἐξέδωκαν οἱ τὰς 'Ατθίδας πραγματευόμενοι· μονοειδεῖς γὰρ ἐκεῖναί τε καὶ ταχὺ προσιστάμεναι τοῖς ἀκούουσιν· ἀλλ' ἐξ ἁπάσης ἰδέας μικτόν, ἐναγωνίου τε καὶ θεωρητικῆς, ἵνα καὶ τοῖς περὶ τοὺς πολιτικοὺς διατρίβουσι λόγους καὶ τοῖς περὶ τὴν φιλόσοφον ἐσπουδακόσι θεωρίαν καὶ εἴ τισιν ἀοχλήτου δεήσει διαγωγῆς ἐν ἱστορικοῖς ἀναγνώσμασιν ἀπογρώντως ἔχουσα φαίνηται. Sed haec magis ad πραγματικὸν τόπον pertinent. Elocutionem imprimis spectant quae de Thucydide tradit (de Thuc. iud. c. 24 p. 866 R.): ἴδιόν τινα χαρακτῆρα καὶ περιεωραμένον ἅπασι πρῶτος εἰς τὴν ἱστορικὴν πραγματείαν ἐσπούδασεν εἰσαγαγεῖν· ἐπὶ μὲν τῆς ἐκλογῆς τῶν ὀνομάτων τὴν τροπικὴν etc. . . . . ἐπὶ δὲ τῆς συνθέσεως' etc. vet. cens. p. 426 R (Xenophon) ὕψους δὲ καὶ μεγαλοπρεπείας καθόλου ⟨δὲ ?⟩ τοῦ ἱστορικοῦ πλάσματος (cod. PV, Usener l. l. p. 12) οὐκ ἐπέτυχεν.

Cicero pluribus locis genus historicum perstringit; ut or. 20, 66: ‚Huic (sophistarum) generi historia finitima est, in qua et narratur ornate et regio saepe aut pugna describitur; interponuntur etiam contiones et hortationes, sed in his tracta quaedam et fluens expetitur, non haec contorta et acris oratio.' — ‚Ἱστορικὴν περίοδον' memorat Demetrius περὶ ἑρμην. 19 (Rh. gr. IX p. 12 W.): Τρία δὲ γένη περιόδων ἐστίν, ἱστορική, διαλογική, ῥητορική. ἱστορικὴ μὲν ἡ μήτε περιηγμένη (cf. Cic. ‚contorta oratio') μήτε ἀνειμένη σφόδρα, ἀλλὰ μεταξὺ ἀμφοῖν'. Tribuo aliquantum auctoritati Demetrii, cum περὶ ἑρμηνείας librum supra Ciceronis aetatem redire adsentior viris doctis C. Hammero (Über Demetr. Progr. Landsh. 1883) et Volkmanno (Iw. Müller Handb. II p. 457).

Sed ut paucis absolvam, non invenit nova dicendi genera Dionysius; in compositione autem primus tres characteres statuisse videtur.

Caput VII.

Quae ratio intercedat inter pulchram orationem et carmen pulchrum.

(πῶς γράφεται λέξις ἄμετρος ὁμοία καλῷ ποιήματι ἢ μέλει, καὶ πῶς ποίημά γε ἢ μέλος πεζῇ λέξει καλῇ παραπλήσιον, p. 376 Sch.).

Libro de compositione verborum adiungit Dionysius quaestionem quamquam re non alienam, tamen non arte cum totius libri indole cohaerentem, quomodo orationem pulchro carmini similem effingere possimus aut quomodo carmen ad pulchrae orationis similitudinem adornare. Hoc multis ignotum esse ipse testatur de compos. p. 286: Ὅταν δὲ ταῦτα λάβῃ μοι τέλος, τότε κἀκεῖνα διευκρινῆσαι τὰ παρὰ πολλοῖς ἀπορούμενα κτέ. cf. quae p. 380 de his secretis prodit ridicula quadam gravitate.

Sed ne hanc quidem quaestionem integram nactus erat Dionysius, cum non solum in oratione numerum esse multi ante Halicarnassensem iussissent, sed etiam quibus adiumentis oratores, quibus poetae uterentur et quibus rebus alteri alteris praestarent quaeri temptatum esset. Isocrates quidem or. IX 8—12 πραγματικὸν et λεκτικὸν τόπον poetarum cum oratoribus comparat: Οἶδα μὲν οὖν, ὅτι χαλεπόν ἐστιν, ὃ

μέλλω ποιεῖν, ἀνδρὸς ἀρετὴν διὰ λόγων ἐγκωμιάζειν. σημεῖον δὲ μέγιστον· περὶ μὲν γὰρ ἄλλων πολλῶν καὶ παντοδαπῶν λέγειν τολμῶσιν οἱ περὶ τὴν φιλοσοφίαν ὄντες, περὶ δὲ τῶν τοιούτων οὐδεὶς πώποτ' αὐτῶν συγγράφειν ἐπεχείρησεν. καὶ πολλὴν αὐτοῖς ἔχω συγγνώμην. τοῖς μὲν γὰρ ποιηταῖς πολλοὶ δέδονται κόσμοι· καὶ γὰρ πλησιάζοντας τοὺς θεοὺς τοῖς ἀνθρώποις οἷόν τ' αὐτοῖς ποιῆσαι καὶ διαλεγομένους καὶ συναγωνιζομένους οἷς ἂν βουληθῶσι καὶ περὶ τούτων δηλῶσαι μὴ μόνον τοῖς τεταγμένοις ὀνόμασιν, ἀλλὰ τὰ μὲν τοῖς ξένοις, τὰ δὲ τοῖς καινοῖς, τὰ δὲ μεταφοραῖς καὶ μηδὲν παραλιπεῖν, ἀλλὰ πᾶσι τοῖς εἴδεσι διαποικῖλαι τὴν ποίησιν. τοῖς δὲ περὶ τοὺς λόγους οὐδὲν ἔξεστι τῶν τοιούτων (ne metaphoris quidem uti? parci erat in metaphoris utendis Isocratei), ἀλλ' ἀποτόμως καὶ τῶν ὀνομάτων τοῖς πολιτικοῖς μόνον καὶ τῶν ἐνθυμημάτων τοῖς περὶ αὐτὰς τὰς πράξεις ἀναγκαῖόν ἐστι χρῆσθαι. πρὸς δὲ τούτοις οἱ μὲν μετὰ μέτρων καὶ ῥυθμῶν ἅπαντα ποιοῦσιν· οἱ δ' οὐδενὸς τούτων κοινωνοῦσιν. ἃ τοσαύτην ἔχει χάριν, ὥστ' ἂν καὶ τῇ λέξει καὶ τοῖς ἐνθυμήμασιν ἔχῃ κακῶς, ὅμως αὐταῖς ταῖς εὐρυθμίαις καὶ ταῖς συμμετρίαις ψυχαγωγοῦσι τοὺς ἀκούοντας. Cum Isocrate consentit Aristoteles rhet. III 2 p. 1405 a: τοσούτῳ δ' ἐν λόγῳ δεῖ μᾶλλον φιλοπονεῖσθαι περὶ αὐτῶν, ὅσῳ ἐξ ἐλαττόνων βοηθημάτων ὁ λόγος ἐστὶ τῶν μέτρων. Similia sunt quae Dionysius p. 380—382 disputat. Nec solum ab Isocrate et Aristotele exagitata erat haec quaestio, sed erat in rhetorum disciplina etiam Ciceronis aetate, qui ipse oratorum condicionem minus duram putat quam Isocrates. Totum ex oratore locum apponam, ut quam accurate his de rebus iam ante Dionysium disputatum sit cognoscatur, or. c. 20: ‚Ab his non multo secus quam a poetis haec eloquentia quam quaerimus revocanda est.*) Nam etiam poetae quaestionem attulerunt, quidnam esset illud, quo ipsi differrent ab oratoribus. Numero maxime videbantur antea et versu [Isocratem et Aristotelem alludit]: nunc apud oratores iam ipse numerus increbuit. Quidquid est enim, quod sub aurium mensuram aliquam cadit, etiamsi abest a versu — nam id quidem orationis est vitium — numerus vocatur, qui graece ῥυθμὸς dicitur. Itaque video visum esse nonnullis Platonis et Democriti locutionem, etsi

*) orationem solutam profectam esse a poetica dicit Strabo I 2 p. 27 Tauchn. (Spengel adnot. ad Arist. art. or. III c. 1).

absit a versu, tamen, quod incitatius feratur et clarissimis verborum luminibus utatur, potius poema putandum quam comicorum*) poetarum; apud quos, nisi quod versiculi sunt, nihil est aliud cotidiani dissimile sermonis. Nec tamen id est poetae maximum, etsi est eo laudabilior, quod virtutes oratoris persequitur, quum versu sit astrictior. Ego autem, etiamsi quorundam grandis et ornata vox est poetarum, tamen in ea quum licentiam statuo maiorem esse quam in nobis faciendorum iungendorumque verborum, tum etiam nonnullorum voluntate vocibus magis quam rebus inserviunt. Nec vero, si quid est unum inter eos simile — id autem est iudicium electioque verborum [Dionysius compositionem quoque vult] —, propterea ceterarum rerum dissimilitudo intellegi non potest; sed id nec dubium est et, si quid habet quaestionis, hoc tamen ad id, quod propositum est, non est necessarium.‘

De oratorum et poetarum ratione ita disputatum fuisse videtur, ut alteri, velut Cicero, etsi similitudinem intercedere non negarent, tamen oratoris elocutionem a poeta seiungerent, alteri nimiam similitudinem esse vellent; in his fuit Dionysius, qui primus fortasse quaesivit seorsum, quomodo in verbis componendis orator poetae, poeta oratori similis esset. Sed quae profert iam erant in superiorum praeceptis.

Quaestione iam absoluta adversarios perstringit, qui huiusce modi disputationes minutias ducerent poetarum et oratorum divino ingenio indignas. Nec miramur, si rhetorum disciplina ad immensum increscente non solum fuerunt, qui, ut Epicurei, praeceptorum fastidio elegantiam dictionis respuerent, sed etiam qui rhetores nimio studio suam artem nusquam non iactantes intra angustiores fines redigere conarentur.

Sunt autem Dionysii verba de comp. p. 400 Sch: Ὑφορῶμαί τινα πρὸς ταῦτα καταδρομὴν**) ἀνθρώπων, τῆς μὲν ἐγκυκλίου παιδείας [hac et alibi gloriatur] ἀπείρων, τὸ δὲ ἀγοραῖον τῆς ῥητορικῆς μέρος ὁδοῦ τε καὶ τέχνης χωρὶς ἐπιτηδευόντων. πρὸς

*) in illis ‚nonnullis‘ Theophrastus ipse sive Theophrasti discipuli latere videntur; disputaverat ille de comicorum ratione.

**) librum composuit πρὸς τοὺς κατατρέχοντας τῆς πολιτικῆς φιλοσοφίας (= τῆς ῥητορικῆς).

οὓς ἀναγκαῖον ἀπολογήσασθαι, μὴ δόξωμεν ἔρημον ἀφεικέναι τὸν ἀγῶνα. ἐροῦσι δὲ ταῦτα· ‚Ὁ Δημοσθένης οὖν οὕτως ἄθλιος ἦν ὥσθ' ὅτε*) γράφοι τοὺς λόγους, μέτρα καὶ ῥυθμούς, ὥσπερ οἱ πλάσται, παρατιθέμενος ἐναρμόττειν ἐπειρᾶτο τούτοις τοῖς τύποις κῶλα, στρέφων ἄνω καὶ κάτω τὰ ὀνόματα καὶ παραφυλάττων τὰ μήκη καὶ τοὺς χρόνους καὶ τὰς πτώσεις τῶν ὀνομάτων καὶ τὰς ἐγκλίσεις τῶν ῥημάτων καὶ πάντα τὰ συμβεβηκότα τοῖς μορίοις τοῦ λόγου πολυπραγμῶν; ἠλίθιος μέντ' ἂν εἴη εἰς τοσαύτην σκευωρίαν καὶ φλυαρίαν ὁ τηλικοῦτος ἀνὴρ ἑαυτὸν διδούς.'

Dionysius sic castra defendit: ‚Ταῦτα δὲ καὶ τούτοις παραπλήσια κωμῳδοῦντας αὐτοὺς καὶ καταχλευάζοντας οὐ χαλεπῶς ἄν τις ἀποκρούσαιτο ταῦτα εἰπών· (ad verbum paene repetita in tractatu de Dem. c. 51): Πρῶτον μέν, ὅτι οὐδὲν ἄτοπον ἦν, εἰ ⟨ὁ⟩**) τοσαύτης δόξης ἠξιωμένος ἀνήρ, ὅσης οὐδεὶς τῶν πρότερον ὀνομασθέντων ἐπὶ δεινότητι λόγων, ἔργα συντάττόμενος αἰώνια καὶ διδοὺς αὐτὸν ὑπεύθυνον τῷ πάντα βασανίζοντι φθόνῳ καὶ χρόνῳ, μηδὲν εἰκῇ μήτε πρᾶγμα παραλαμβάνει μήτε ὄνομα· πολλὴν δ' ἀμφοῖν ἔχει τούτων πρόνοιαν τῆς τε ἐν τοῖς νοήμασιν οἰκονομίας καὶ τῆς εὐμορφίας τῆς περὶ τὰ ὀνόματα· ἄλλως τε καὶ τῶν τότε ἀνθρώπων οὐ γραπτοῖς, ἀλλὰ γλυπτοῖς καὶ τορευτοῖς ἐοικότας (cf. Brzoska de canone X or. epimetr.) ἐκφερόντων λόγους, λέγω δὲ Ἰσοκράτους καὶ Πλάτωνος τῶν σοφιστῶν (malim σοφῶν, cf. de Dem. c. 51***) ‚ἐπὶ σοφίᾳ θαυμαζομένους'). Similia Dionysium disputasse putamus in libro ὑπὲρ τῆς πολιτικῆς φιλοσοφίας (= ῥητορικῆς) πρὸς τοὺς κατατρέχοντας αὐτῆς ἀδίκως (de Thucyd. iud c. 2), quo libro acrius quam solebat (de Thuc. ib,) pugnavit

*) de comp. p. 402 ὅταν γράφοι, sed de Demosth. c. 51, ubi repetuntur verba, ὅτε γράφοι (Sadée p. 104, γράφει Reiske), quod hic quoque reposui.

**) ὁ addidit Sadée p. 174.

***) Sunt aliquot loci, quibus Dionysius sua verba eaque maioris ambitus transcripsit aut anxie excerpsit:

de comp. p. 286 Sch. sqq. = de Dem. c. 36 sqq.
de comp. p. 384 = de Dem. c. 50
de comp. p. 462/4 = de Dem. c. 51
de Thuc. c. 24 (p. 866 R) = ad Amm. II c. 2 (p. 790 R).

Equidem hac de re ita iudico: Aut Dionysius ea, quae antea elaboraverat, ita perfecta et crnata putabat, ut immutari non posse nisi magno elocutionis detrimento opinaretur aut ex eorum quos secutus est auctoritate ita perpendit, ut liberius evolare non auderet; illud mihi magis probatur, quod eas imprimis partes repetit, quas ipsum condidisse veri simile est.

contra eos qui praecepta de verbis eligendis et componendis similiaque ut nugas et minutias spernerent et totam artem oratoriam inique vexarent. Num autem his Dionysii argumentis propulsi adversarii impetu destiterint, equidem dubito. Sed hoc ipsum tenendum est, Halicarnassensem multa ita disseruisse et tractasse, ut aut tela in adversariorum aciem iacerentur aut illinc missa propulsarentur.

Ceterum non est primus defensor Dionysius in illo bello, quod inde a Platonis Gorgia contra rhetores a philosophis imprimis gerebatur (cf. Cic. de or. I c. 10 sqq.). In illo certamine, quid doctrina, quid natura posset, iacta sunt fundamenta Ciceronis lepidi libri de oratore. Spinosas illas quaestiones de verbis eligendis et continuandis, de numeris similiaque Cicero quoque tutanda sibi putavit, fortiterque quantum ipse arti deberet est professus or. § 140—149.

Primarias partes artis oratoriae de inventione rerum et dispositione sive oeconomia, de verborum electione et compositione iam absolvimus; his omnis oratio nullo causarum discrimine fit et totius artis oratoriae quam sibi finxit Dionysius expletur ambitus. Quae restant, velut de virtutibus orationis causarum generibus, partibus orationis (iudicialis), de pronuntiatione et memoria quaestiones, quomodo rhetorices corpori iniungere aut subnectere voluerit, parum dilucide indicavit. Sed de his quoque rebus praecepta sparsim tradit, quorum quos auctores secutus sit, quaerere non alienum a nostra disputatione putavimus.

I.

De virtutibus oratoriis.*)

(ἀρεταὶ τῆς λέξεως).

In rebus et in verbis, in πραγματικῷ et λεκτικῷ τρόπῳ eorumque partibus sunt quaedam virtutes peculiares, velut ἀρεταὶ πραγματικαὶ et λεκτικαί (de Thuc. c. 1, c. 26; ad Pomp. c. 3, c. 6), ἀρεταὶ (δυνάμεις) ἐκλεκτικαὶ et συνθετικαὶ vel οἰκονο-

*) Cic. Brut. § 65 virtutes oratoriae.

μικαί, (v. de compos. p. 24 Sch., vet. cens. p. 426 R, p. 11 Usen.), ἀρεταὶ τοῦ προοιμίου (de Lys. c. 24 p. 500 R). Hae in singulis partibus erant tractandae atque tractatae aut certe indicatae sunt, quoad commode fieri potuit. Sed est alia divisio non ex rhetoricis partibus nata, sed totius orationis indolem spectans, virtutum necessariarum et adsumptarum (accessoriarum, ἀρεταὶ ἀναγκαῖαι et ἐπίθετοι); itaque aptius mihi visum est Dionysii de virtutibus orationis doctrinam peculiari disputatiuncula explanare.

De Thucyd. iud. c. 22, quem locum iam saepius laudavimus, refert haec: Τῶν καλουμένων ἀρετῶν αἱ μέν εἰσιν ἀναγκαῖαι καὶ ἐν ἅπασιν ὀφείλουσι παρεῖναι τοῖς λόγοις, αἱ δ' ἐπίθετοι· καὶ ὅταν ὑφεστῶσιν αἱ πρῶται, τότε τὴν ἑαυτῶν ἰσχὺν λαμβάνουσιν, εἴρηται πολλοῖς πρότερον. Fusius de virtutibus disputat de Thucyd. iud. c. 23 (p. 865 R): Τὰς μὲν οὖν ἀναγκαίας ἀρετὰς ἡ λέξις αὐτῶν [qui ante Herodotum et Thucydidem fuerunt historici] πάντων (leg. πάσας) ἔχει· καὶ γὰρ καθαρὰ καὶ σαφὴς καὶ σύντομός ἐστιν, ἀποχρώντως σώζουσα τὸν ἴδιον ἑκάστης διαλέκτου χαρακτῆρα· τὰς δ' ἐπιθέτους, ἐξ ὧν μάλιστα διάδηλος ἡ τοῦ ῥήτορος γίνεται δύναμις, οὔτε ἁπάσας οὔτε εἰς ἄκρον ἥκούσας, ἀλλ' ὀλίγας καὶ ἐπὶ βραχύ· ὕψος λέγω καὶ καλλιρρημοσύνην καὶ σεμνολογίαν καὶ μεγαλοπρέπειαν· οὐδὲ δὴ τόνον οὐδὲ βάρος οὐδὲ πάθος διεγείροντα τὸν νοῦν· οὐδὲ τὸ ἐρρωμένον καὶ ἐναγώνιον πνεῦμα, ἐξ ὧν ἡ καλουμένη γίνεται δεινότης, πλὴν ἑνὸς Ἡροδότου.

Dilucide distinctas videmus virtutes epist. ad Cn. Pomp. c. 3 (p. 775 R sq.): Πρώτη τῶν ἀρετῶν γένοιτ' ἄν, ἧς χωρὶς οὐδὲν τῶν ἄλλων τῶν περὶ λόγους ὄφελος. τίς; ἡ καθαρὰ τοῖς ὀνόμασι καὶ τὸν Ἑλληνικὸν χαρακτῆρα σώζουσα διάλεκτος. ταύτην ἀκριβοῦσιν ἀμφότεροι (Thucydides et Herodotus). Ἡρόδοτός τε γὰρ τῆς Ἰάδος ἄριστος κανών, Θουκυδίδης δὲ τῆς Ἀτθίδος. Lacunosum qui sequitur locum post infelices Sylburgii tentatus ex Veterum censura p. 434 R sq., ubi haec ex secundo περὶ μιμήσεως libro excerpta leguntur: τῇ μὲν ἀκριβείᾳ τῶν ὀνομάτων ἧς*) ἑκάτεροι προήρηνται διαλέκτου ἀποσώζουσι τὸ ἴδιον (prima virtus!), τῆς δὲ σαφηνείας ἀναμφισβήτως

*) ex Kruegeri coniectura.

Ἡροδότῳ τὸ κατόρθωμα δέδοται, (secunda virtus!) καὶ τὸ μὲν σύντομον ἔστι παρὰ Θουκυδίδῃ (tertia virtus!), sic restituendum puto τῆς δὲ δευτέρας, τῆς σαφηνείας, ἀναμφισβήτως Ἡροδότῳ τὸ κατόρθωμα δέδοται. Deinde pergit: τρίτην ἔχει χώραν ἡ καλουμένη συντομία· ἐν ταύτῃ δοκεῖ προέχειν Ἡροδότου Θουκυδίδης. καίτοι λέγοι τις ἄν, ὡς μετὰ <μὲν Herw.> τοῦ σαφοῦς ἐξεταζόμενον(?) ἡδὺ φαίνεται τὸ βραχύ· εἰ δ' ἀπολείποιτο τούτου, πικρόν· ἀλλὰ μηδὲν ἔστω παρὰ τοῦτο.

Ἐνάργεια μετὰ ταῦτα τέτακται πρώτη μετὰ*) τῶν ἐπιθέτων ἀρετῶν. ἱκανῶς ἐν ταύτῃ κατορθοῦσιν ἀμφότεροι. μετὰ ταύτην συνίσταται τὴν ἀρετὴν <ἡ> τῶν ἠθῶν τε καὶ παθῶν μίμησις. διῄρηνται τὴν ἀρετὴν ταύτην οἱ συγγραφεῖς. Θουκυδίδης μὲν γὰρ τὰ πάθη δηλῶσαι κρείττων· Ἡρόδοτος δὲ τὰ γ'**) ἤθη παραστῆσαι δεινότερος. μετὰ ταῦτα αἱ τὸ μέγα καὶ θαυμαστὸν ἐκφαίνουσαι τῆς κατασκευῆς ἀρεταί. ἴσοι κἂν ταύταις οἱ συγγραφεῖς. ἕπονται ταύταις αἱ τὴν ἰσχὺν καὶ <τὸν> τόνον καὶ τὰς ὁμοιοτρόπους δυνάμεις τῆς φράσεως ἀρεταὶ περιέχουσαι. κρείττων <μὲν Herw.> ἐν ταύταις Ἡροδότου Θουκυδίδης. ἡδονὴν δὲ καὶ πειθὼ καὶ τέρψιν καὶ τὰς ὁμοιογενεῖς ἀρετὰς εἰσφέρεται μακρῷ Θουκυδίδου κρείττονας Ἡρόδοτος. τῆς δὲ φράσεως τῶν ὀνομάτων(?) τὸ μὲν κατὰ φύσιν Ἡρόδοτος ἐζώλωκε, τὸ δὲ δεινὸν Θουκυδίδης, [ὁμοειδὴς πᾶς ὤν]. Ἐν λόγοις ἀρετῶν κυριωτάτη τὸ πρέπον. ταύτην ὁ Ἡρόδοτος ἀκριβοῖ μᾶλλον ἢ Θουκυδίδης.***) Sunt igitur virtutes:

necessariae:

- ἡ καθαρὰ τοῖς ὀνόμασι καὶ τὸν Ἑλληνικὸν χαρακτῆρα σώζουσα,
- σαφήνεια,
- συντομία.

accessoriae:

- ἐνάργεια,
- περὶ τὰ πάθη,
- περὶ τὰ ἤθη,
- αἱ τὸ μέγα καὶ θαυμαστὸν ἐκφαίνουσαι τῆς κατασκευῆς ἀρεταί (ὕψος, καλλιρρημοσύνη, σεμνολογία, μεγαλοπρέπεια),

---

*) μετὰ expungendum esse adsentior Kruegero.

**) γ' recte delevit Herwerden p. 38.

***) recte lacunam indicasse mihi videtur Herwerden p. 38.

αἱ τὴν ἰσχὺν καὶ τὸν τόνον καὶ τὰς ὁμοιοτρόπους δυνάμεις τῆς φράσεως ἀρεταὶ περιέχουσαι (βάρος, τὸ ἐρρωμένον, τὸ ἐναγώνιον),

ἡδονὴ καὶ πειθὼ καὶ τέρψις (alibi χάρις, ἀφροδίτη) καὶ αἱ ὁμοιογενεῖς ἀρεταί,

ἀρετῶν ἡ κυριωτάτη,*) τὸ πρέπον, aliaeque.

Nonnihil lucis afferunt ad hanc artis partem illustrandam Pletho (Rhet. gr. VII p. 587 sq. W.): Ἑρμηνείας ἤτοι φράσεως λόγου τέσσαρες ἀρεταί, ἄνευ λέγω τῶν ἐσχηματισμένων καὶ αἰνιγματωδῶν λόγων καὶ τῶν κατὰ μίμησιν γεγραμμένων ἀσαφογράφων τινῶν ἢ μακρηγόρων· ἐν τούτοις γὰρ ἀρετὴ γίγνεται ἡ τοῦ λόγου κακία· αἱ δὲ τῆς ἑρμηνείας τοῦ λόγου τέσσαρες ἀρεταὶ μᾶλλον δὲ τοῦ διδασκαλικοῦ καὶ ἱστορικοῦ**) καθεστήκασιν αἵδε· σαφήνεια, συντομία, πιθανότης, μεγαλοπρέπεια ὡς Ἰσοκράτει καὶ Ἐμπεδοκλεῖ, Διονυσίῳ, Φιλοστράτῳ, Ἰαμβλίχῳ καὶ πᾶσι παλαιοῖς δοκεῖ, et Tzetzes Chil. XII v. 566 (Roefsl. p. 41): Τέσσαρας λόγου ἀρετὰς λέγουσι πεφυκέναι ὁ Ἰσοκράτης ῥήτωρ τε καὶ αὐτὸς καὶ Ἀλκιδάμας ὁ Θεοδέκτης ἅμα τε καὶ Μινουκιανὸς δὲ σὺν οἷς καὶ Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασσόθεν Φιλόστρατος καὶ ἕτεροι μύριοι τῶν ῥητόρων σαφές, μεγαλοπρέπειαν, σύντομον, πιθανόν τε μετὰ τῆς ὡραιότητος ῥητορικῶν σχημάτων, Ἐμπεδοκλῆς πρὸ πάντων τε φιλόσοφος ὁ μέγας (satis confuse!).***)

Se non primum virtutes orationis statuere aut distinguere ipse testatur Dionysius de Thuc. c. 22 verbis ‚εἴρηται πολλοῖς πρότερον'. Atque Aristoteles art. rhet. III c. 1 haec docet: ὡρίσθω λέξεως ἀρετὴ σαφῆ εἶναι (cf. poet. c. 22)· σημεῖον γὰρ ὅτι ὁ λόγος, ὡς(?) ἐὰν μὴ δηλοῖ, οὐ ποιήσει τὸ ἑαυτοῦ ἔργον· καὶ μήτε ταπεινὴν μήτε ὑπὲρ τὸ ἀξίωμα, ἀλλὰ πρέπουσαν· ἡ γὰρ ποιητικὴ ἴσως οὐ ταπεινή, ἀλλ' οὐ πρέπουσα λόγῳ· τῶν δ' ὀνομάτων καὶ ῥημάτων σαφῆ μὲν ποιεῖ τὰ κύρια, μὴ ταπεινὴν δέ, ἀλλὰ κεκοσμημένην τἆλλα ὀνόματα ὅσα εἴρηται ἐν τοῖς περὶ ποιητικῆς etc.

*) non obstat, quin πρέπον in virtutibus accessoriis sit, nam in ἐπιθέτοις ἀρεταῖς est oratoris δεινότης.

**) Dionysius quoque de historicorum elocutione illa imprimis praecipit.

***) Quattuor esse easdemque constentiunt Pletho et Tzetzes: σαφήνειαν omnes statuunt, συντομίαν Isocratei volunt, contra pugnat Aristoteles; πιθανότης fortasse ex rhetorices definitione ducta; μεγαλοπρέπεια.

Si Plethoni Tzetzaeque fides habenda est, Isocratis disciplina μεγαλοπέπειαν et συντομίαν addidit Aristotelis duabus virtutibus σαφήνεια et πρέπον; πιθανὸν (πιθανότης) est πρέπον Arist. rhet. III c. 2. Theophrastum de virtutibus orationis disputasse ipse testatur Dionysius de Lys. iud. c. 6 p. 464 R: Μετὰ ταύτας ἀρετὴν εὑρίσκω παρὰ Λυσίᾳ πάνυ θαυμαστήν, ἧς Θεόφραστος μέν φησιν ἄρξαι Θρασύμαχον, ἐγὼ δ' ἡγοῦμαι Λυσίαν ... ἡ συστρέφουσα τὰ νοήματα καὶ στρογγύλως ἐκφέρουσα λέξις. (M. Schmidt de Theophr. p. 41 sqq.).

Exhibet illas quattuor virtutes Cicero quoque, quem Isocratis et Theophrasti vestigia pressisse plus uno loco docuimus, planiusque (de or. III c. 10—56) tractat. De or. III 10, 37: ‚Quinam igitur dicendi est modus melior . . quam ut latine (ἑλληνισμός, καθαρὰ λέξις), ut plane (σαφήνεια), ut ornate (μεγαλοπρέπεια), ut ad id, quodcumque agetur, apte congruenterque dicamus (πρέπον)?' (cf. Cornific. IV 12, 17 sq.). Συντομίαν Cicero omisit omiseruntque fortasse Isocratis discipuli auctoritate Aristotelis permoti (Arist. rhet. III c. 16), Dionysius retinuit. Quis porro primus ἀρετὰς ἀναγκαίας et ἐπιθέτους distinxerit, parum liquet, distinctas se accepisse ipse tradit.

II.

De generibus orationum (causarum).

Quae de rerum inventione et oeconomia, de verborum delectu et compositione praecipit Dionysius, ea in omnia genera causarum cadere supra monui, accedunt his quae de virtutibus orationis disserui. Sunt autem genera tria, quae Dionysius quoque recepit. De Lys. c. 16 p. 488 R: Ἀποδεδωκὼς δὲ τὸν ὑπὲρ τῶν ἀρετῶν τε καὶ στοιχείων λόγον, ἐρῶ νῦν καὶ περὶ τοῦ γένους τῶν ἀμφισβητημάτων, ἐν οἷς ἐστι θεωρήμασιν ἡ πολιτικὴ τέχνη· τριχῇ δὲ νενεμημένου τοῦ ῥητορικοῦ λόγου καὶ τρία περιειληφότος γένη τό τε δικανικὸν καὶ τὸ συμβουλευτικὸν καὶ τὸ καλούμενον ἐπιδεικτικὸν ἢ πανηγυρικόν, ἐν ἅπασι μὲν τούτοις ἐστὶν ὁ ἀνὴρ λόγου ἄξιος. Quid intercedat inter genus iudiciale et epidicticum docet de Dem. c. 44 p. 1094 R.

Haec tria genera Dionysium ab Aristotele quique eum secuti sunt accepisse probare supersedeo. v. Volkm. Rhet.[2] p. 532 sqq.

III.

De partibus orationis.

(ἰδέαι; vocat etiam εἴδη, μέρη τοῦ λόγου, στοιχεῖα τοῦ λόγου, sed alio sensu quam in libro de compositione verborum).

Afferendi sunt duo loci maioris ambitus, quibus Dionysii de partibus oratoriis doctrina explanatur. De Lysia c. 16 p. 489 R: Ἵνα δὲ καὶ περὶ τῶν ἰδεῶν ἐγγένηταί μοι τὰ προσήκοντα εἰπεῖν, ἐάσω μὲν ταῦτα· περὶ δὲ προοιμίου καὶ διηγήσεων (fort. προοιμίου καὶ διηγήσεως?) καὶ τῶν ἄλλων μερῶν τοῦ λόγου διαλέξομαι καὶ δηλώσω ποῖός τίς ἐστιν ἐν ἑκάστῃ τῶν ἰδεῶν ὁ ἀνήρ. διαιρήσομαι δὲ αὐτάς, ὡς Ἰσοκράτει τε καὶ τοῖς κατ' ἐκεῖνον τὸν ἄνδρα κοσμουμένοις(?) ἤρεσεν ἀρξάμενος ἀπὸ τῶν προοιμίων. Omnia quae sequuntur eum ex Isocratis eiusque discipulorum doctrina accepisse verisimile est, quamquam proxime accedunt ad ea quae Aristoteles his de partibus tertio artis or. libro tradit.*)

1. Exordium, προοίμιον.

Dionysii verba quae modo apposui haec sequuntur: (c. 17) Φημὶ δὴ πάντων δεξιώτατον εἶναι τὸν ῥήτορα κατὰ τὰς εἰσβολὰς**) τῶν λόγων καὶ χαριέστατον· ἐννοούμενος, ὅτι ἄρξασθαι μὲν καλῶς οὐ ῥᾴδιόν ἐστιν, εἴ γέ τις τῇ προσηκούσῃ χρῆσθαι βούλοιτο ἀρχῇ καὶ μὴ τὸν ἐπιτυχόντα λόγον εἰπεῖν· οὐ γὰρ τὸ πρῶτον ῥηθέν, ἀλλ' ὃ τοῦ προτεθέντος λόγου μηδαμοῦ μᾶλλον ἢ ἐπ' αὐτοῦ ὠφελήσειε, τοῦτο ἀρχή τε καὶ προοίμιον. ὁρῶ δὲ τὸν ῥήτορα πᾶσι κεχρημένον, οἷς αἵ τέχναι τε παραγγέλλουσι καὶ τὰ πράγματα βούλεται·

(1) τοτὲ μὲν γὰρ ἀπὸ τοῦ ἰδίου ἐπαίνου ὁ λέγων αὐτὸς ἄρχεται (ἐκ τοῦ λέγοντος)·

(2) τοτὲ δὲ ἀπὸ τῆς διαβολῆς τοῦ ἀντιδίκου. εἰ δὲ τύχοι αὐτὸς προδιαβληθείς, τὰς αἰτίας πρῶτον ἀπολύεται τὰς καθ' ἑαυτοῦ (ἐκ τοῦ ἀντιδίκου)·

(3) τοτὲ δὲ τοὺς δικαστὰς ἐπαινῶν καὶ θεραπεύων οἰκείους ἑαυτῷ τε καὶ τῷ πράγματι καθίστησι (ἐκ τοῦ ἀκροατοῦ)·

---

*) Aristotelem cum Isocrate plerumque consensisse de narratione quidem Quintilianus testatur IV 2, 32.

**) ‚εἰσβολή' a prooemio distinguitur; sunt prima verba, quibus orator dicere incipit; v. de Isaeo c. 7 (exemplo allato), de Demosth. c. 24.

(4) τοτὲ δὲ τὴν ἀσθένειαν τὴν ἰδίαν καὶ τὴν πλεονεξίαν τὴν τοῦ ἀντιδίκου καὶ τὸ μὴ περὶ τῶν ἴσων ἀμφοτέροις εἶναι τὸν ἀγῶνα ἀποδείκνυσι·

(5) τοτὲ δέ, ὡς κοινὰ τὰ πράγματα καὶ ἀναγκαῖα πᾶσι καὶ οὐκ ἄξια ὑπὸ τῶν ἀκουόντων ἀμελεῖσθαι λέγει·

τοτὲ δὲ ἄλλο τι κατασκευάζεται τῶν δυναμένων αὐτὸν μὲν ὠφελῆσαι, τὸν δὲ ἀντίδικον ἐλαττῶσαι. ταῦτα δὲ συντόμως καὶ ἀφελῶς διανοίαις τε χρησταῖς καὶ γνώμαις εὐκαίροις καὶ ἐνθυμήμασι μετρίοις περιλαβὼν ἐπὶ τὴν πρόθεσιν ἐπείγεται, δι' ἧς καὶ τὰ μέλλοντα ἐν ταῖς ἀποδείξεσι λέγεσθαι προειπών, καὶ τὸν ἀκροατὴν παρασκευάσας εὐμαθῆ πρὸς τὸν μέλλοντα λόγον, ἐπὶ τὴν διήγησιν καθίσταται καὶ ἔστι μεθόριον αὐτῷ ἑκατέρας τῶν ἰδεῶν ὡς τὰ πολλὰ ἡ πρόθεσις.

De exordio doctrina altero loco etiam magis explanatur. de Lysia iud. c. 24 p. 500 R: ‚Τοῦτο τὸ προοίμιον ἁπάσας ἔχει τὰς ἀρετάς, ὅσας δεῖ τὸ προοίμιον ἔχειν. δηλώσουσι δὲ οἱ κανόνες αὐτῷ παρατεθέντες οἱ τῶν τεχνῶν. ἅπαντες γὰρ δήπου παραγγέλλουσιν οἱ συνταξάμενοι τὰς τέχνας, ὅταν ᾖ πρὸς οἰκείους ὁ ἀγών, σκοπεῖν, ὅπως μὴ πονηροὶ μηδὲ φιλοπράγμονες οἱ κατήγοροι φανήσονται. κελεύουσί τε πρῶτον μὲν τὴν αἰτίαν εἰς τοὺς ἀντιδίκους περιιστάναι καὶ τοῦ ἐγκλήματος καὶ τοῦ ἀγῶνος, καὶ λέγειν, ὅτι μεγάλα τἀδικήματα καὶ οὐκ ἐνῆν αὐτὰ μετρίως ἐνεγκεῖν, καὶ ὅτι ὑπὲρ ἀναγκαιοτέρων προσώπων ὁ ἀγὼν καὶ ἐρήμων καὶ ἧττον ὑπεροφθῆναι ἀξίων, οἷς μὴ βοηθοῦντες κακίους ἂν ἐφάνησαν· καὶ ὅτι προκαλούμενοι τοὺς ἀντιδίκους εἰς διαλλαγὰς καὶ φίλοις τὰ πράγματα ἐπιτρέποντες καὶ τὰ δυνατὰ ἐλαττοῦσθαι ὑπομένοντες, οὐδενὸς ἠδυνήθησαν τυχεῖν τῶν μετρίων. ταῦτα μὲν δὴ παραγγέλλουσι ποιεῖν οἱ τεχνογράφοι, ἵνα τὸ ἦθος τοῦ λέγοντος ἐπιεικέστερον εἶναι δόξῃ. δύναται δὲ αὐτοῖς εὔνοιαν τοῦτο ποιεῖν· καὶ ἔστι κράτιστον τῆς κατασκευῆς μέρος. ταῦθ' ὁρῶ πάντα διὰ τοῦ προοιμίου τοῦδε γεγονότα. καὶ μὴν εἴς γε τὸ εὐμαθεῖς τοὺς ἀκροατὰς ποιῆσαι, κελεύουσι συστρέψαντας εἰπεῖν τὸ πρᾶγμα, ἵνα μὴ ἀγνοῶσι τὴν ὑπόθεσιν οἱ δικασταὶ καὶ οἷά περ ἂν ᾖ τὰ μέλλοντα λέγεσθαι, τοιοῦτο καὶ τὸ προοίμιον ὑποτίθεσθαι ἀπ' ἀρχῆς, καὶ δεῖγμα τοῦ πράγματος ποιουμένους, [καὶ] εὐθὺς ἀπ' ἐνθυμημάτων πειρᾶσθαι ἄρχεσθαι. ἔχει δὲ καὶ ταῦτα τὸ προοίμιον. ἔτι περὶ τῆς προσοχῆς ὧδέ πως τεχνολογοῦσιν· ὅτι δεῖ τὸν προσεκτικοὺς μέλλοντα ποιεῖν τοὺς ἀκροατὰς καὶ λέγειν θαυμαστὰ καὶ παράδοξα καὶ δεῖσθαι τῶν δικαστῶν ἀκοῦσαι. φαίνεται δὲ καὶ ταῦτα πεποιηκὼς ὁ Λυσίας.

καὶ προσέτι τούτοις τὸ λεῖον τῆς ἑρμηνείας καὶ τὸ ἀφελὲς τῆς κατασκευῆς· ὧν μάλιστα δεῖ τοῖς ὑπ' (?, ἐπ' Markland) ἐκείνων προοιμιαζομένοις'.

Haec fere Dionysius artium scriptores secutus de prooemiis praecipit. Illos ,τεχνογράφους' sive ,τεχνολογοῦντας' ex Dionysii ipsius verbis imprimis Isocrateos esse verisimillimum est. Sed non semel monet in his praeceptis omnes fere rhetores consentire, ut mirum non sit, si haec praecepta proxime accedunt ad Aristotelis doctrinam rhet. III 14 et Anaximenis rhet. c. 29. Sequitur apud Aristotelem accuratior disputatio de partibus exordii et de illo triplici munere, ut auditores benevolos attentos dociles faciamus, et diligenter multiplicem rhetorum doctrinam examinat; auditores attentos facere imprimis prooemii munus esse negat idque contra Isocrateos disputare videtur.*)

Confinium quoddam inter prooemium et narrationem πρόθεσιν dicit ex technographorum doctrina Dionysius de Lys. c. 17 l. l. (propositionem). Eam ita comparatam esse vult, ut expedite ad narrationem transeat orator (de Thuc. c. 20 p. 857 R). Hoc quoque ex Theophrasti disciplina mutuatus esse videtur; composuit enim philosophus περὶ προθέσεως καὶδιηγήματος librum (v. Schmidt de Theophr. p. 57).

2. Narratio, διήγησις.

De Lys. iud. c. 18 p. 492 R: 'Ἐν δὲ τῷ διηγεῖσθαι τὰ πράγματα, ὅπερ οἶμαι μέρος πλείστης δεῖται φροντίδος καὶ φυλακῆς, ἀναμφιβόλως ἡγοῦμαι κράτιστον αὐτὸν εἶναι πάντων ῥητόρων, ὅρον τε καὶ κανόνα ταύτης αὐτὸν ἀποφαίνομαι. οἴομαί τε καὶ τὰς τέχνας τῶν λόγων, ἐν οἷς εἴρηται περὶ διηγήσεως ἀξιολόγου, οὐκ ἐξ ἄλλων τινῶν μᾶλλον ἢ τῶν ὑπὸ Λυσίου γραφεισῶν εἰληφέναι τὰ παραγγέλματα καὶ τὰς ἀφορμάς. καὶ γὰρ τὸ σύντομον μάλιστα αὗται ἔχουσιν αἱ διηγήσεις καὶ τὸ σαφές· ἡδεῖαί τέ εἰσιν ὡς οὐχ ἕτεραι καὶ πιθαναὶ καὶ τὴν πίστιν ἅμα λεληθότως συνεπιφέρουσιν. Contra Isocratis praeceptum, ut narratio concisa (σύντομος) sit, aperte pugnat Aristoteles**)

---

*) locupletatur de prooemiis doctrina scholiis in Demosthenis orationes.

**) Et alibi Aristoteles Isocratis placita impugnat; cf. Dionys. de Isocr. iud. c. 18, Cic. or. 51, 172.

rhet. III c. 16 p. 1416 b 39 (initio perdito mutila sunt quae de narratione in causa iudiciali disputat): νῦν δὲ γελοίως τὴν διήγησίν φασι δεῖν εἶναι ταχεῖαν· καίτοι ὥσπερ ὁ τῷ μάττοντι ἐρομένῳ πότερον σκληρὰν ἢ μαλακὴν μάξῃ, τί δ'; ἔφη, εὖ ἀδύνατον; καὶ ἐνταῦθα ὁμοίως· δεῖ γὰρ μὴ μακρῶς διηγεῖσθαι ὥσπερ οὐδὲ προοιμιάζεσθαι μακρῶς, οὐδὲ τὰς πίστεις λέγειν· οὐδὲ γὰρ ἐνταῦθά ἐστι τὸ εὖ ἢ τὸ ταχὺ ἢ τὸ συντόμως, ἀλλὰ τὸ μετρίως*) τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ λέγειν ὅσα δηλώσει τὸ πρᾶγμα ἢ ὅσα ποιήσει ὑπολαβεῖν γεγονέναι ἢ βεβλαφέναι ἢ ἠδικηκέναι ἢ τηλικαῦτα ἡλίκα βούλει· τῷ δὲ ἐναντίῳ τὰ ἐναντία. Postrema et quae sequuntur consentiunt cum Dionysii vel potius Isocratis placitis. cf. Cornif. I 9, 14, adde Quint. IV 2, 32: ‚Eadem nobis placet divisio [narrationis: lucida, brevis, verisimilis]; quamquam et Aristoteles ab Isocrate parte in una dissenserit praeceptum brevitatis irridens, tamquam necesse sit longam esse aut brevem expositionem nec liceat ire per medium; Theodorei quoque solum relinquunt ultimam partem (verisimile), quia nec breviter utique nec dilucide semper sit utile exponere.‘

Artificia narrationis enumerat Dionysius de Isaeo c. 15 p. 614 R: Πολλὰς δ' ἂν ἔχοιμι καὶ ἄλλας παρασχέσθαι διηγήσεις πρὸς τὸ συμφέρον ᾠκονομημένας ὑπὸ τοῦ ῥήτορος προκατασκευαῖς, παρασκευαῖς, μερισμοῖς, χωρίων ἀλλαγαῖς, πραγμάτων μεταγωγαῖς, τῷ τὰ κεφάλαια ἀνεστράφθαι, τῷ μὴ κατὰ τοὺς χρόνους τὰ πραχθέντα εἰρῆσθαι, τῷ μὴ πάντα μηδ' ἂν ὡς φύσιν εἶχε πραχθῆναι, μηδ' ὡς ἂν ἰδιώτης τις εἴποι, λέγεσθαι, μὴ μετρίως, μυρίοις ἄλλοις τοιούτοις τρόποις.

Ex his artificiis atque dolis elucent vera praecepta; tradit Cornificius fortasse ex Isocrateorum disciplina I 9, 16 haec: ‚Veri similis narratio erit, si, ut mos, ut opinio, ut natura postulat, dicemus: si spatia temporum, personarum dignitates, consiliorum rationes, locorum opportunitates constabunt; ne refelli possit aut temporis parum fuisse aut causam nullam aut locum idoneum non fuisse aut homines ipsos facere aut pati non potuisse. Si vera res erit, nihilo minus haec omnia narrando conservanda sunt; nam saepe veritas, nisi haec

*) Dionys. de comp. p. 370: Αὕτη δοκεῖ μοι τὰ πρωτεῖα ἐπιτήδεια εἶναι φέρειν, ἐπεὶ μεσότης μέν ἐστι· μεσότης δὲ ἡ ἀρετὴ . . ὡς . . Ἀριστοτέλει . . . δοκεῖ.

servata sint, fidem non potest facere: sin erit ficta, eo magis erit conservanda. De iis rebus caute confligendum est, quibus in rebus tabulae aut alicuius firma auctoritas videbitur interfuisse. Adhuc quae dicta sunt arbitror mihi constare cum ceteris artis scriptoribus.'

3. Argumenta, πίστεις.

Argumenta non inserenda esse narrationi, sed suo loco reservanda, docet de Isaeo iud. c. 14 p. 611 R; quae sequuntur quoque (c. 18) magna ex parte huc pertinent. De Lys. iud. c. 18 fin. et c. 19: Ἐν δὲ τῷ πιστοῦσθαι τὰ πράγματα τοιοῦτός τις ὁ ἀνήρ ἐστιν. (c. 19) Ἄρξομαι δὲ ἀπὸ τῶν καλουμένων ἐντέχνων πίστεων καὶ χωρὶς ὑπὲρ ἑκάστου μέρους διαλέξομαι. τριχῇ δὲ νενεμημένων τούτων, εἴς τε τὸ πρᾶγμα καὶ τὸ πάθος καὶ τὸ ἦθος,

τὰ μὲν ἐκ τοῦ πράγματος οὐδενὸς χεῖρον εὑρεῖν τε καὶ ἐξειπεῖν δύναται Λυσίας. καὶ γὰρ τοῦ εἰκότος <ὁ> ἀνὴρ ἄριστος εἰκαστής, καὶ τοῦ παραδείγματος πῇ τε ὅμοιον εἶναι πέφυκε καὶ πῇ διαφέρον, ἀκριβέστατος κριτής· τά τε σημεῖα διελεῖν τὰ παρεπόμενα τοῖς πράγμασι καὶ εἰς τεκμηρίων δόξαν ἀγαγεῖν δυνατώτατος.

καὶ τὰς ἐκ τῶν ἠθῶν γε πίστεις ἀξιολόγως πάνυ κατασκευάζειν ἔμοιγε δοκεῖ. πολλάκις μὲν γὰρ ἐκ τοῦ βίου καὶ τῆς φύσεως, πολλάκις δ' ἐκ τῶν προτέρων πράξεων καὶ προαιρέσεων ἀξιόπιστα ποιεῖ τὰ ἤθη. ὅταν δὲ μηδεμίαν ἀφορμὴν παρὰ τῶν πραγμάτων τοιαύτην λάβῃ, αὐτὸς ἠθοποιεῖ καὶ κατασκευάζει τὰ πρόσωπα τῷ λόγῳ πιστὰ καὶ χρηστά, προαιρέσεις τε αὐτοῖς ἀστείας ὑποτιθεὶς καὶ πάθη μέτρια προσάπτων καὶ λόγους ἐπιεικεῖς ἀποδιδοὺς καὶ ταῖς τύχαις ἀκόλουθα φρονοῦντας εἰσάγων καὶ ἐπὶ μὲν τοῖς ἀδίκοις ἀχθομένους καὶ λόγοις καὶ ἔργοις, τὰ δὲ δίκαια προαιρουμένους ποιεῖν (legendum puto ποιῶν) καὶ πάντα παραπλήσια τούτοις, ἐξ ὧν ἐπιεικὲς ἂν καὶ μέτριον ἦθος φανείη, κατασκευάζων. (ἠθοποιία).

περὶ δὲ τὰ πάθη μαλακώτερός ἐστι καὶ οὔτε αὐξήσεις οὔτε δεινώσεις οὔτε οἴκτους οὔθ' ὅσα τούτοις ἐστὶ παραπλήσια νεανικῶς πάνυ καὶ ἐρρωμένως κατασκευάσαι δυνατός.

Dionysium argumentorum doctrinam non auxisse ex ipsius verbis cognoscimus; utrum autem antiquos artis scriptores — Aristotelem imprimis dico et Isocratem — ipsos secutus sit an ex recentioribus rhetoribus*), quorum in libros anti-

*) νέους τεχνογράφους commemorat de Isaeo. c. 14, p. 613 R.

quorum praecepta translata erant, hauserit, non facile est ad diiudicandum. Aristotelis locos, cum quibus maxime conspirare videtur Dionysius, adiiciam.

Aristot: rhet. I c. 2 p. 1355 b 35 sqq.: Τῶν δὲ πίστεων αἱ μὲν ἄτεχνοί εἰσιν, αἱ δ' ἔντεχνοι. ἄτεχνα δὲ λέγω ὅσα μὴ δι' ἡμῶν πεπόρισται ἀλλὰ προϋπῆρχεν, οἷον μάρτυρες βάσανοι συγγραφαὶ καὶ ὅσα τοιαῦτα, ἔντεχνα δὲ ὅσα διὰ τῆς μεθόδου καὶ δι' ἡμῶν κατασκευασθῆναι δυνατόν, ὥστε δεῖ τούτων τοῖς μὲν χρήσασθαι τὰ δὲ εὑρεῖν.

τῶν δὲ διὰ τοῦ λόγου ποριζομένων πίστεων τρία εἴδη ἐστίν· αἱ μὲν γάρ εἰσιν ἐν τῷ ἤθει τοῦ λέγοντος, αἱ δὲ ἐν τῷ τὸν ἀκροατὴν διαθεῖναί πως (πάθος), αἱ δὲ ἐν αὐτῷ τῷ λόγῳ διὰ τοῦ δεικνύναι ἢ φαίνεσθαι δεικνύναι (πρᾶγμα).

(ἦθος.) διὰ μὲν οὖν τοῦ ἤθους, ὅταν οὕτω λεχθῇ ὁ λόγος ὥστε ἀξιόπιστον ποιῆσαι τὸν λέγοντα· τοῖς γὰρ ἐπιεικέσι πιστεύομεν μᾶλλον καὶ θᾶττον, περὶ πάντων μὲν ἁπλῶς, ἐν οἷς δὲ τὸ ἀκριβὲς μή ἐστιν ἀλλὰ τὸ ἀμφιδοξεῖν, καὶ παντελῶς. δεῖ δὲ καὶ τοῦτο συμβαίνειν διὰ τοῦ λόγου, ἀλλὰ μὴ διὰ τοῦ προδεδοξάσθαι ποιόν τινα εἶναι τὸν λέγοντα· οὐ γὰρ ὥσπερ ἔνιοι τῶν τεχνολογούντων τιθέασιν ἐν τῇ τέχνῃ καὶ τὴν ἐπιείκειαν τοῦ λέγοντος ὡς οὐδὲν συμβαλλομένην πρὸς τὸ πιθανόν, ἀλλὰ σχεδὸν ὡς εἰπεῖν κυριωτάτην ἔχει πίστιν τὸ ἦθος.

(πάθος). διὰ δὲ τῶν ἀκροατῶν, ὅταν εἰς πάθος ὑπὸ τοῦ λόγου προαχθῶσιν· οὐ γὰρ ὁμοίως ἀποδίδομεν τὰς κρίσεις λυπούμενοι καὶ χαίροντες ἢ φιλοῦντες καὶ μισοῦντες· πρὸς ὃ καὶ μόνον πειρᾶσθαί φαμεν πραγματεύεσθαι τοὺς νῦν τεχνολογοῦντας.

(πρᾶγμα). διὰ δὲ τοῦ λόγου πιστεύουσιν, ὅταν ἀληθὲς ἢ φαινόμενον ⟨ἀληθὲς add. Speng.⟩ δείξωμεν ἐκ τῶν περὶ ἕκαστα πιθανῶν.

Cum his conferenda sunt quae Cic. de or. II 27, 116 (= or. 34, 121) sqq., partit. or. § 48 aliisque locis maximam partem ex Aristotelis auctoritate disputat (ἔντεχνοι, ἄτεχνοι πίστεις; ἤθη, πάθη, πράγματα). Sed singula pluribus persequi nolo, cum ne Dionysio quidem doctrinam de his rebus tradere in animo fuerit.

4. Peroratio, ἐπίλογος.

De peroratione sive conclusione Dionysius de Lysia iud. c. 10 p. 496 R haec refert: Κἀν τοῖς ἐπιλόγοις δὲ τὸ μὲν ἀνακεφαλαιωτικὸν τῶν ῥηθέντων μέρος μετρίως τε καὶ χαριέν-

τως ἀπαριθμεῖ, τὸ δὲ παθητικὸν ἐκεῖνο, ἐν ᾧ παράκλησίς τε καὶ ἔλεος καὶ δέησις καὶ τὰ τούτοις ἀδελφὰ ἔνεστι, τοῦ προσήκοντος ἐνδεεστέρως ἀποδίδωσι. Similia de epilogo praeceperat Aristoteles rhet. III c. 19 (p. 1449 b): Ὁ δ' ἐπίλογος σύγκειται ἐκ τεττάρων, ἔκ τε τοῦ πρὸς ἑαυτὸν κατασκευάσαι εὖ τὸν ἀκροατὴν καὶ τὸν ἐναντίον φαύλως, καὶ ἐκ τοῦ αὐξῆσαι καὶ ταπεινῶσαι καὶ ἐκ τοῦ εἰς τὰ πάθη τὸν ἀκροατὴν καταστῆσαι καὶ ἐξ ἀναμνήσεως.*) Postrema duo agnoscit Dionysius ἀνακεφαλαιωτικὸν et παθητικὸν μέρος; huic subicere videtur tres quas Aristoteles statuit partes. Tripartitas vult conclusiones Cornificius II 40, 47: ‚Nam constant ex enumeratione (ἀνακεφαλαιωτικόν), amplificatione (αὔξησις καὶ δείνωσις), commiseratione (ἔλεος).' Haec quoque ex Aristotelis divisione facile derivantur. Illud αὐξῆσαι καὶ ταπεινῶσαι commendat Cicero quoque cum in omni orationis parte tum in conclusione, or. § 127: ‚Augendis vero rebus et contra abiiciendis nihil est, quod non perficere possit oratio; quod et inter media argumenta faciendum est, quotienscumque dabitur vel amplificandi vel minuendi locus, et paene infinite in perorando.' Iam partitionem ipsam deprendimus apud Cic. partit. or. § 52: ‚<Peroratio> est divisa in duas partes, amplificationem et enumerationem.' Sequitur copiosior de his duabus partibus disputatio (§ 52—59). Unde haec bipartitio fluxisse videatur, v. ib. § 139.

IV.
De actione sive pronuntiatione.
(ὑπόκρισις).

Pronuntiationem quoque, quam veteres peculiarem artis oratoriae partem constituere solebant, Dionysio notam fuisse plus uno loco apparet. Sed is, ut Albutius apud Quint. III 3, 4 non propriam rhetorices partem esse voluit, quia natura non arte contingat. Si nihilominus ut alii praecepta quaedam oratori instituendo subministrat, non tam artis oratoriae rationi quam usui paret.

De Demosth. c. 53 p. 1117 R: Εἷς ἔτι μοι καταλείπεται λόγος, ὁ περὶ τῆς ὑποκρίσεως, ᾗ κεκόσμηκε τὴν λέξιν <ὁ> ἀνήρ,

---

*) v. etiam Anaximen. c. 37 p. 85 Sp.

ἀναγκαίας ἀρετῆς οὔσης περὶ λόγους καὶ μάλιστα τοὺς πολιτικούς· ἧς παρούσης μὲν καὶ ταῖς ἄλλαις ἀρεταῖς γίνεται χώρα καὶ τότε· ἀπούσης δ' οὐδ' ὁτιοῦν ὄφελος οὐδ' ἐκείνων οὐδεμιᾶς. τεκμήραιτο δ' ἄν τις, ἡλίκην ἰσχὺν τοῦτο τὸ στοιχεῖον ἔχει, καταμαθών, ὅσον ἀλλήλων ἀλλάττουσιν οἱ τραγῳδίας τε καὶ κωμῳδίας ὑποκρινόμενοι. τὰ γὰρ αὐτὰ ποιήματα λέγοντες οὐχ ὡσαύτως ἡμᾶς κηλοῦσιν ἅπαντες, ἀλλ' ἐνίοις τ' ἀχθόμεθα, καὶ, ὥσπερ ἀδικούμενοι τι καθυποκρινομένοις καὶ διαφθείρουσι τὰς βουλήσεις τῶν ποιημάτων χαλεπαίνομεν (cf. Aristot. poet. c. 19), ταύτης δέ φημι τῆς ἀρετῆς πάνυ δεῖν τοῖς ἐναγωνίοις λόγοις, εἰ μέλλουσιν ἕξειν πολὺ τὸ ἀληθινὸν καὶ ἔμψυχον· ἧς πλείστην, ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων, πρόνοιαν ἔσχεν οὗτος ὁ ἀνήρ.

διττὴν δὲ τὴν φύσιν αὐτῆς οὖσαν ὁρῶν περὶ ἄμφω τὰ μέρη σφόδρα ἐσπούδασε· καὶ γὰρ τὰ πάθη τὰ τῆς φωνῆς καὶ τὰ σχήματα τοῦ σώματος, οἷς κράτιστα ἕξειν ἔμελλεν, οὐ μικρῷ πόνῳ κατειργάσατο. καίτοι φύσει πρὸς ταῦτα οὐ πάνυ εὐτυχεῖ χρησάμενος, ὡς Δημήτριος ὁ Φαληρεύς φησι καὶ οἱ ἄλλοι πάντες οἱ τὸν βίον αὐτοῦ συγγράψαντες.

Quod hic Dionysius actionem virtutem appellat et in numerum necessariarum refert commendatque eisdem fere verbis, quibus supra alias virtutes necessarias (ἧς παρούσης μὲν καὶ ταῖς ἄλλαις ἀρεταῖς γίνεται χώρα κτλ.), non satis convenire videtur cum illa virtutum divisione — et est parum distincta divisio —, sed in actione est τὸ πρέπον et ἀληθινὸν (πιθανόν), πρέπον autem est ἀρετῶν κυριωτάτη.

Quantam vim habeat actio imprimis Cicero disserit de or. III 56,213: ‚Actio in dicendo una dominatur. Sine hac (ἀπούσης) summus orator esse in numero nullo potest, mediocris hac instructus (παρούσης) summos saepe superare' etc. ‚Δύναμιν μὲν ἔχει μεγίστην, οὔπω δ' ἐπικεχείρηται τὰ περὶ τὴν ὑπόκρισιν' tradit Aristoteles rhet. III c. 1.

Bipartitionem — vocis figuram dico et corporis motum —, Cicero quoque exhibet or. c. 17 § 55: Est enim actio quasi corporis quaedam eloquentia, quum constet e voce atque motu (gestus, cum quo iunctus est vultus); cf. de or. III 57,216*). Eadem de pronuntiationis vi et divisione tradit Cornificius III 11,19 sqq. (dividitur pronuntiatio in vocis

*) ex hoc loco tripartitam actionem Ciceronem statuere minus recte conclusit Causeret l. c. p. 200.

figuram et in corporis motum . . § 26 motus est corporis gestus et vultus moderatio quaedam, quae pronuntianti convenit et probabiliora reddit ea quae pronuntiantur). — Huius divisionis Theophrastus auctor fuit, qui librum scripsit περὶ ὑποκρίσεως (eo fortasse pertinet quod Cicero de or. III § 221 tradit), si modo recte M. Schmidt (l. l. p. 61) ad Theophrastum rettulit quae leguntur rhet. graec. VI p. 35 W.: Θεόφραστος ὁ φιλόσοφός φησιν εἶναι μέγιστον ῥητορικῇ πρὸς τὸ πεῖσαι τὴν ὑπόκρισιν εἰς τὰς ἀρχὰς ἀναφέρων καὶ τὰ πάθη τῆς ψυχῆς καὶ τὴν κατανόησιν τούτων, ὡς καὶ τῇ ὅλῃ ἐπιστήμῃ σύμφωνον εἶναι τὴν κίνησιν τοῦ σώματος καὶ τὸν τόνον τῆς ψυχῆς (φωνῆς coni. Pistner).

Quaestionis de Dionysii praeceptis rhetoricis eorumque fontibus iam finem faciamus, quamquam nos minime fugit nonnulla — de figuris, de causarum constitutionibus, de memoria — ex ipsius aut posteriorum libris etiam elici posse, plura accuratius tractari.

Novi igitur aliquam speciem praebuit Dionysius, quod partium artis rhetoricae recepit divisionem antiquis sane notam sed minus usitatam, quod porro earum partium — compositionis inprimis dico — capita accuratius distinxit, fusius tractavit eisque nonnunquam plura subiecit quam alii solebant, quod denique ex arte grammatica et musica, fortasse etiam ex dialectica rhetoricae plura invexit quam superiores artium scriptores, quamquam has res antea in arte dicendi fuisse minime est negandum.

Sed quae praecipit, si pauca eaque levia exceperis, omnia fere ad priores rhetores (Isocratem, Aristotelem Theophrastum), ad musicos (metricos et rhythmicos, imprimis Aristoxenum), ad grammaticos (Stoicorum sectam, Dionysium Thracem), ad philosophos (Platonem et Aristotelem) redire nobis videmur ostendisse. In eis locis, quibus cum Cornificio et Cicerone*) conspirat Halicarnassensis — et sunt per-

*) or. § 12: Ego me saepe nova videri dicere intellego, quum pervetera dicam, sed inaudita plerisque.

multi —, latet praeter auctores quos attuli — Theophrastum imprimis dico —, fortasse etiam alius fons ex Academia et ex Rhodiis et Atheniensibus doctoribus recentioris aetatis, quos saepius memorat Cicero (v. Brut. § 315 sqq.), repetendus. Romanorum libros rhetoricos conquirere et cognoscere facile sane poterat, num autem eis manum admoverit, vehementer dubito.

ALTERA PARS.

UNDE

DIONYSII HALICARNASSENSIS
DE VETERIBUS SCRIPTORIBUS
IUDICIA SINT REPETENDA.

Unde Dionysii Halicarnassensis de veteribus scriptoribus iudicia*) sint repetenda.

(περὶ ἀρχαίων sive περὶ τῶν ἀρχαίων**).

Non multum proficimus nudis praeceptis artis oratoriae nisi exemplis illustrantur, quibus ars ipsa nata est et alta***). Et spectabant veteres rhetores id imprimis, ut adulescentibus arte oratoria instituendis integrae orationes aut partes ab optimis scriptoribus sumptae proponerentur imitandae, quod iam Antiphon in arte fecisse traditur (v. Spengel Art. script. p. 105 sq.).

Dionysius eandem viam ingressus composuit libros περὶ τῶν ἀρχαίων, de praecipuis oratoribus et rerum scriptoribus; de Thucydide, de Platonis elocutione, de Demosthene aliisque peculiaribus libellis disputavit aut disputaturum se esse promisit. Hoc unum spectant, si quid video, haec Dionysii opera, ut ostendant, quae in illis scriptoribus digna sint, quae imitentur adulescentes artis oratoriae studiosi. Eandem fere fuisse Dionysii librorum de imitatione (περὶ μιμήσεως) indolem et per se consentaneum est et quae exstant reliquiae evincunt. De consilio huius operis ipse init. de Thucyd. iud. p. 810 R haec dicit: Ἐν τοῖς προεκδοθεῖσι περὶ τῆς μιμήσεως ὑπομνηματισμοῖς ἐπεληλυθώς, οὓς ὑπελάμβανον ἐπιφανεστάτους εἶναι ποιητάς τε καὶ συγγραφεῖς, ὦ Κόϊντε Αἴλιε Τουβέρων, καὶ δεδηλωκὼς ἐν ὀλίγοις τινάς, ἃς [legendum ὀλίγοις, τίνας] ἕκαστος αὐτῶν εἰσφέρεται πραγματικάς τε καὶ λεκτικὰς ἀρετάς, καὶ πῇ μάλιστα χείρων ἑαυτοῦ γίνεται κατὰ τὰς ἀποτυχίας, εἴτε τῆς προαιρέσεως οὐχ ἅπαντα κατὰ τὸν ἀκριβέστατον λογισμὸν ὁρώσης, εἴτε τῆς δυνάμεως οὐκ ἐν ἅπασι τοῖς ἔργοις κατορθούσης· ἵνα τοῖς προαιρουμένοις γράφειν τε καὶ

---

*) ipse operam suam κρίσιν vocat de Lys. c. 20 p. 496 R; κρίνω p. 557, κριτήρια quae disciplina subministrat p. 898 R.

**) totius operis inscriptioni vocabulam ῥητόρων adici non licet, nam non erat de oratoribus solis; verbum ὑπομνηματισμοὶ sive πραγματεία quin addatur, nihil obstat (v. p. 758, p. 810).

***) cf. Dionys. de Lys. iud c. 18 p. 492 R.

λέγειν εὖ καλοὶ καὶ δεδοκιμασμένοι κανόνες*) ὦσιν, ἐφ' ὧν ποιήσονται τὰς κατὰ μέρος γυμνασίας, μὴ πάντα μιμούμενοι τὰ πἂρ' ἐκείνοις κείμενα τοῖς ἀνδράσιν, ἀλλὰ τὰς μὲν ἀρετὰς αὐτῶν λαμβάνοντες, τὰς δ' ἀποτυχίας φυλαττόμενοι. Contra hanc praecipiendi rationem omnemque Graecorum morem non sua, sed ex optimis scriptoribus sumpta exempla ponendi pugnat non sine superbia auct. ad Herenn. IV c. 1—8 loco lectione dignissimo: ,Quoniam in hoc libro, Herenni, de elocutione conscripsimus et, quibus in rebus opus fuit exemplis uti, nostris exemplis usi sumus et id fecimus praeter consuetudinem Graecorum, qui de hac re scripserunt, necessario faciendum est, ut rationem nostri consilii demus.' etc. Locos ex antiquis desumptos maximam partem librorum rhetoricum explevisse docet paulo post: (§ 5) ,Nam si eorum volumina prehenderint antiqui oratores et poetae et suum quisque de libris sustulerit, nihil istis, quod suum velint, relinquatur.'

Dionysii igitur iudicia artissime cum arte rhetorica cohaerent atque inter libros rhetoricos sunt referenda. Hac causa adductus sum, ut Halicarnassensis opera critica hac de fontibus rhetoricis quaestione complecterer. Sed cum quaestionem de omnibus scriptoribus, quorum vel ex proposito vel obiter censuram egit Dionysius, et iusti libri ambitum et vires meas excedere sentirem, gravissimam iudiciorum partem de oratoribus tractandam mihi sumpsi reliquis in praesens sepositis.

De oratoribus atticis.

Cum Graecia civium pravitate, Macedonum opibus, aliquanto post Romanis per totum mare internum eiusque oras victoribus et triumphantibus ad tenuissimam libertatis speciem redacta παρρησία illa, fecundissima ingenuorum oratorum parens, e foro et e vita sublata esset: ad antiquorum oratorum studia confugerunt homines eruditi; orationum volumina convehebantur, in ordinem redigebantur, genuina secernebantur spuriis, oratorum virtutes in comparationem vocatae ponderabantur.

*) in rhetorum praeceptionibus atque exemplis latent canonum scriptorum fundamenta.

Quorum studiorum quantum in Dionysii libros rhetoricos redundarit, iam quaerendum est. Disputare sibi Dionysius proposuerat (περὶ τ. ἀρχ. praef. c. 4 p. 450 R): Τίνες εἰσὶν ⟨οἱ addo⟩ ἀξιολογώτατοι τῶν ἀρχαίων ῥητόρων τε καὶ συγγραφέων καὶ τίνες αὐτῶν ἐγένοντο προαιρέσεις τοῦ τε βίου καὶ τοῦ λόγου καὶ τί παρ' ἑκάστου δεῖ λαμβάνειν ἢ φυλάττεσθαι*) . . . τῶν δὲ ῥητόρων τε καὶ συγγραφέων ὑπὲρ ὧν ὁ λόγος πολλῶν πάνυ ὄντων καὶ ἀγαθῶν τὸ μὲν ὑπὲρ ἁπάντων γράφειν μακροῦ λόγου δεόμενον ὁρῶν ἐάσω, τοὺς δὲ χαριεστάτους ἐξ αὐτῶν προχειρισάμενος κατὰ τὰς ἡλικίας ἐρῶ περὶ ἑκάστου· νῦν μὲν περὶ τῶν ῥητόρων, ἐὰν δ' ἐγχωρῇ, καὶ περὶ τῶν ἱστορικῶν. ἔσονται δὲ οἱ μὲν παραλαμβανόμενοι ῥήτορες τρεῖς μὲν ἐκ τῶν πρεσβυτέρων Λυσίας, Ἰσοκράτης, Ἰσαῖος· τρεῖς δ' ἐκ τῶν ἐπακμασάντων τούτοις Δημοσθένης, Ὑπερείδης, Αἰσχίνης, οὓς ἐγὼ τῶν ἄλλων ἡγοῦμαι κρατίστους. De Isaeo iud. fin. p. 629 R: ἡ γὰρ δὴ τελειοτάτη ῥητορικὴ καὶ τὸ κράτος τῶν ἐναγωνίων λόγων ἐν τούτοις τοῖς ἀνδράσιν ἔοικεν εἶναι.

Quid Dionysius in his sex oratoribus eligendis spectaverit, satis luculenter docet de Din. iud. c. 1 p. 629 R: Περ Δεινάρχου τοῦ ῥήτορος οὐδὲν εἰρηκὼς ἐν τοῖς περὶ τῶν ἀρχαίων γραφεῖσιν διὰ τὸ μήτε εὑρετὴν ἰδίου γεγονέναι χαρακτῆρος τὸν ἄνδρα, ὥσπερ τὸν Λυσίαν καὶ τὸν Ἰσοκράτην καὶ τὸν Ἰσαῖον· μήτε τῶν εὑρημένων ἑτέροις τελειωτήν,**) ὥσπερ τὸν Δημοσθένην καὶ τὸν Αἰσχίνην καὶ Ὑπερείδην ἡμεῖς κρίνομεν.

Exoritur inde quaestio satis gravis de canone oratorum nobis tantum excutienda quantum ad Dionysium pertinet, praesertim cum I. Brzoska tota de hac re docte et dilucide disseruerit***). Atque canonem decem quidem oratorum ante Dionysium fuisse aut non fuisse ex verbis eius probari non potest; canonas autem fuisse aut condi coeptos esse ex verbis οὓς ἐγὼ τῶν ἄλλων ἡγοῦμαι κρατίστους facile concludi licet. Quos ipse elegit sex oratores nomine Ἀττικῶν comprehendit (ad Pomp. 2 p. 758 R ἐν τῇ περὶ τῶν Ἀττικῶν πραγματείᾳ ῥητόρων). Demetrium Magnetem quoque eo nomine delectum significasse testatur Dionys. de Din. c. 1 p. 631 R; quot oratores

*) hanc esse summam facile apparet.

**) saepenumero verbum τελειόω hoc sensu usurpat, v. p. 956 R, p. 959.

***) De canone decem oratorum atticorum quaestiones. Vratisl. 1883.

receperit, parum elucet; plus quam Dionysium eum recepisse verisimile est, quod Dinarchum in atticorum numero exhibet (cf. Brzoska p. 17). Etiam Cicero canonem indicare videtur de opt. gen. or. § 13: ‚Ex quo intellegitur quoniam Graecorum oratorum praestantissimi sint ii, qui fuerunt Athenis, eorum autem princeps facile Demosthenes, hunc si qui imitetur, eum et attice dicturum et optime, ut, quoniam attici propositi sunt ad imitandum, bene dicere id sit attice dicere.‘

Superiorum de antiquis scriptoribus studia pervarvi se facere in fronte libelli Dionysius indicat (p. 450 R): θεωρήματα καὶ ἀναγκαῖα τοῖς ἀκούουσι (malim cum Reiskio ἀσκοῦσι, ut saepius alibi) τὴν πολιτικὴν φιλοσοφίαν καὶ οὐδέ που μὰ Δία κοινὰ οὐδὲ καθημαξευμένα τοῖς πρότερον. ἐγὼ γοῦν οὐδεμιᾷ τοιαύτῃ περιτυχὼν οἶδα γραφῇ πολλὴν ζήτησιν αὐτῶν ποιησάμενος. οὐ μὲν δὴ διαβεβαιοῦμαί γε ὡς δὴ καὶ σαφῶς εἰδώς. τάχα γὰρ ἂν εἶέν τινες αἱ ἐμὲ διαλανθάνουσαι τοιαῦται γραφαί. Se paene vacuam provinciam sortitum esse Dionysius supra quoque de compositionis auctoribus disputans affirmaverat (αὐτὸς ἐπ' ἐμαυτοῦ γενόμενος), quamquam, si pauca excipias, superiorum vestigia eum pressisse docuimus, ut inde paululum suspicionis hic quoque moveatur. Sane ei condonabimus, si unum alterumve librum sibi parare non poterat, sed si in eis ipsis libris quos affert aut quos facile congerere potuit, gravissimae earum rerum disputatae erant, nimium spiritum sibi sumpsisse Halicarnassensem dicemus.

Omnium fere oratorum crisin factitat Dionysius ad eandem iudicandi formam vel tabulam, id est ad praecepta rhetorica (πραγματικὸν τόπον, εὕρεσιν, οἰκονομίαν; λεκτικὸν τόπον, ἐκλογὴν ὀνομάτων, σύνθεσιν, ἀρετὰς τῆς λέξεως etc.), quibus in priore parte harum quaestionum explanatis eorumque fontibus detectis iam magis distincte Halicarnassensis iudiciorum ratio atque auctoritas perspicietur. Hac posteriore parte omissis rhetoricis praeceptionibus omissaque illa iudicandi tabula ponam quam ipse in singulis oratoribus dare solet summam iudicii fontesque quaeram.*)

*) in universum cf. Fr. Blaſsii librum ‚Attische Beredsamkeit.‘

I.
De Lysia.
(p. 452—534 R).

Quae c. 2—12 disseruit Dionysius ipse c. 13 p. 481 R sic comprehendit: καὶ τὰ μὲν περὶ τὴν ἑρμηνείαν ἀγαθὰ τοῦ ῥήτορος ταῦτα· συγκεφαλαιώσομαι γὰρ τὰ ῥηθέντα· τὸ καθαρὸν τῶν ὀνομάτων, ἡ ἀκρίβεια τῆς διαλέκτου, τὸ διὰ τῶν κυρίων καὶ μὴ τροπικῶν κατασκευῶν ἐκφέρειν τὰ νοήματα, ἡ σαφήνεια, ἡ συντομία, τὸ συστρέφειν τε καὶ στρογγυλίζειν τὰ νοήματα, τὸ ὑπὸ τὰς αἰσθήσεις ἄγειν τὰ δηλούμενα, τὸ μηδὲν ἄψυχον ὑποτίθεσθαι πρόσωπον μηδὲ ἀνηθοποίητον, ἡ τῆς συνθέσεως τῶν ὀνομάτων ἡδονὴ μιμουμένη τὸν ἰδιώτην*) τὸ τοῖς ὑποκειμένοις προσώποις καὶ πράγμασι τοὺς πρέποντας ἐφαρμόττειν λόγους, ἡ πιθανότης καὶ ἡ χάρις καὶ ὁ πάντα μετρῶν**) καιρός. ταῦτα παρὰ Λυσίου λαμβάνων ἄν τις ὠφεληθείη. ὑψηλὴ δὲ καὶ μεγαλοπρεπὴς οὐκ ἔστιν ἡ Λυσίου λέξις οὐδὲ καταπληκτικὴ μὰ Δία καὶ θαυμαστὴ οὐδὲ τὸ πικρὸν ἢ τὸ δεινὸν ἢ τὸ φοβερὸν ἐπιφαίνουσα οὐδὲ ἁφὰς ἔχει καὶ τόνους ἰσχυροὺς οὐδὲ θυμοῦ καὶ πνεύματός ἐστι μεστή· οὔθ', ὥσπερ ἐν τοῖς ἤθεσίν ἐστι πιθανή, οὕτως ἐν τοῖς πάθεσιν ἰσχυρὰ οὐδ' ὡς ἡδῦναι καὶ πεῖσαι καὶ χαριεντίσασθαι δύναται (δυνατὴ Sylb.), οὕτω βιάσασθαί τε καὶ προσαναγκάσαι· ἀσφαλής τε μᾶλλόν ἐστιν ἢ παρακεκινδυνευμένη, καὶ οὐκ ἐπὶ τοσοῦτον ἰσχὺν ἱκανὴ δηλῶσαι τέχνης, ἐφ' ὅσον ἀλήθειαν εἰκάσαι φύσεως. Haec de verbis eligendis et componendis et de virtutibus oratoriis. Quid de πραγματικῷ χαρακτῆρι Lysiae iudicet, summatim repetit c. 15 p. 487: ἐκ δὲ τούτων παρακελεύομαι τοῖς ἀναγινώσκουσιν αὐτόν, τὴν μὲν εὕρεσιν τῶν ἐνθυμημάτων καὶ τὴν σύγκρισιν [legendum puto κρίσιν, v. p. 9] ζηλοῦν· τὴν δὲ τάξιν καὶ τὴν ἐγρασίαν [alibi ἐξεγρασίαν, quod reponendum censeo] αὐτῶν ἐνδεεστέραν οὖσαν τοῦ προσήκοντος, μὴ ἀπὸ τοῦδε τοῦ ἀνδρός, ἀλλὰ παρ' ἑτέρων, οἳ κρείττους οἰκονομῆσαι τὰ εὑρεθέντα ἐγένοντο, περὶ ὧν ὕστερον ἐρῶ, τοῦτο τὸ στοιχεῖον λαμβάνειν.

De Lysia iudicium quale exposuit sibi ipsum finxisse testatur c. 20 p. 496 R: Τοιοῦτος μὲν δή ἐστιν ὁ Λυσίου χαρακτήρ, ὡς ἐγὼ δόξης ἔχω περὶ αὐτοῦ. εἰ δέ τις ἄλλα παρὰ ταῦτα ἔγνωκε, λεγέτω· κἂν ᾖ πιθανώτερα, πολλὴν αὐτῷ χάριν εἴσομαι.

*) in compositione maxime est oratoris ars.

**) codd. ὁ μετὰ πάντων καιρός, quod nisi retinendum est, malim ὁ ἐπὶ πάντων καιρός.

Auctorem affert quamquam non ipsius de Lysia iudicii c. 3 Timaeum, qui tropicam orationem inde ab Gorgia Athenis quoque grassari coepisse tradidit, et c. 6 Theophrasti sententiam impugnat, qui orationis concisae et brevis auctorem Thrasymachum fuisse volebat. Eundem Theophrastum carpit c. 14 p. 483, quod Lysiae nimium studium elocutionis poeticae et figuratae opprobraverit. Praecepta oratoria quae satis largiter inspersit ex Isocrateorum disciplina fluxisse supra docuimus.

Videamus iam quae fuerint ante Dionysium iudicia virorum doctorum. Apud Platonem, acrem Lysiae exagitatorem, Phaedrus virtutes oratoris laudat, Socrates vitia reprehendit, quod iudicium non multum discrepat ab iudicio Dionysii, qui Platonis Phaedrum dialogum alludit de Isocr. iud. c. 12 p. 558 R. In universum hoc de Lysia iudicat (Phaedr. p. 228 A): δυνατώτατος ὢν τῶν νῦν γράφειν. In λεκτικῷ τόπῳ Lysiae electio verborum laudatur p. 234 C sq.: Φαιδρ. Τί σοι φαίνεται, ὦ Σώκρατες, ὁ λόγος; οὐχ ὑπερφυῶς τά τε ἄλλα καὶ τοῖς ὀνόμασιν εἰρῆσθαι; .... Σωκρ. καὶ ταύτῃ δεῖ ὑπ' ἐμοῦ τε καὶ σοῦ τὸν λόγον ἐπαινεθῆναι, ὡς τὰ δέοντα εἰρηκότος τοῦ ποιητοῦ, ἀλλ' οὐκ ἐκείνῃ μόνον, ὅτι σαφῆ καὶ στρογγύλα καὶ ἀκριβῶς ἕκαστα τῶν ὀνομάτων ἀποτετόρνευται;

In πραγματικῷ τόπῳ Phaedrus Lysiae εὕρεσιν summis laudibus comulat p. 235 B: τῶν ἐνόντων ἀξίων ῥηθῆναι ἐν τῷ πράγματι οὐδὲν παραλέλοιπεν,*) ὥστε παρὰ τὰ ἐκείνῳ εἰρημένα μηδέν' ἄν ποτε δύνασθαι εἰπεῖν ἄλλα πλείω καὶ πλείονος ἄξια. Vehementer autem exagitatur a Socrate οἰκονομία p. 264 B: Τί δὲ τἆλλα; οὐ χύδην δοκεῖ βεβλῆσθαι τὰ τοῦ λόγου; ἢ φαίνεται τὸ δεύτερον εἰρημένον ἔκ τινος ἀνάγκης δεύτερον δὴ τεθῆναι, ἤ τι ἄλλο τῶν ῥηθέντων; κτλ.

De Timaeo v. Car. Müller fragment. histor. graec. I p. XLIX. Timaeum Tauromenitam de Lysia disputasse testatur Cicero quoque Brut. 16, 63: ‚Catonis autem orationes non minus multae fere sunt quam Attici Lysiae, cuius arbitror

---

*) = Dionys. de Lys. 15 p. 486 R: εὑρετικός ἐστι τῶν ἐν τοῖς πράγμασιν ἐνόντων λόγων ὁ ἀνὴρ οὐ μόνον ὧν ἅπαντες εὕροιμεν <ἄν>, ἀλλὰ καὶ ὧν μηθείς. οὐδὲν γὰρ ἁπλῶς Λυσίας παραλείπει τῶν στοιχείων κτλ.

plurimas*) esse. Est enim Atticus, quoniam certe Athenis est et natus et mortuus et functus omni civium munere; quamquam Timaeus eum quasi Licinia et Mucia lege repetit Syracusas. Et quodam modo est nonnulla in his etiam inter ipsos similitudo: acuti sunt, elegantes, faceti, breves; sed ille Graecus ab omni laude felicior.‘ Ex Timaeo non solum ea deprompta puto, quibus apposuit Dionysius eius nomen p. 458: ἥψατο δὲ καὶ τῶν Ἀθήνησι ῥητόρων ἡ ποιητική τε καὶ τροπικὴ φράσις, ὡς μὲν Τίμαιός φησι, Γοργίου ἄρξαντος, ἡνίκα Ἀθήναζε πρεσβεύων κατεπλήξατο τοὺς ἀκούοντας ἐν τῇ δημηγορίᾳ, sed etiam quae paulo ante dedit Dionysius, iam a Thucydide illud dicendi genus fuisse usurpatum, nihil eiusmodi inveniri apud Lysiam, Timaeum spectare arbitror, qui similiter atque Theophrastus Lysiam poetica sectari dixerat. Sed Timaeo non multum Halicarnassensem debere facile concedo.

Maioris momenti sunt Theophrasti studia rhetorica, quamquam nisi bis Dionysius eius nomen non apponit. Sunt autem hi loci c. 6 p. 464 R: Μετὰ ταύτας ἀρετὴν εὑρίσκω παρὰ Λυσίᾳ πάνυ θαυμαστήν, ἧς Θεόφραστος μέν φησιν ἄρξαι Θρασύμαχον, ἐγὼ δ' ἡγοῦμαι Λυσίαν· καὶ γὰρ τοῖς χρόνοις οὗτος ἐκείνου προέχειν ἔμοιγε δοκεῖ. λέγω δ' ὡς ἐν ἀκμῇ κοινῇ βίου γενομένων ἀμφοῖν, καὶ εἰ μὴ τοῦτο δοθείη, τό γέ τοι περὶ τοὺς ἀληθινοὺς ἀγῶνας ἐκείνου μᾶλλον τετρῖφθαι. οὐ μέντοι διαβεβαιοῦμαί γε, ὁπότερος ἦρξε τῆς ἀρετῆς ταύτης κατὰ τὸ παρόν· ἀλλ' ὅτι Λυσίας μᾶλλον ἐν αὐτῇ διήνεγκε, τοῦτο θαρρῶν ἂν ἀποφηναίμην. τίς δ' ἐστιν ἣν φημι ἀρετήν; ἡ συστρέφουσα τὰ νοήματα καὶ στρογγύλως ἐκφέρουσα λέξις, οἰκεία πάνυ καὶ ἀναγκαία τοῖς δικανικοῖς λόγοις καὶ παντὶ ἀληθεῖ ἀγῶνι.

Non inquiro hic, uter de illius virtutis auctore recte sentiat, quamquam Theophrasti auctoritas multum valet**), hoc certe nostrae quaestioni accrescit, iam multo ante Dionysium de virtutibus oratoriis disputatum fuisse, qui auctores

*) Lysiae plus CC Dionysius, Catonis CL fuisse Cicero tradit.

**) Theophrastum merito secutus esse videtur Cicero or. § 171 et 175: ‚apud Graecos quidem iam anni prope quadringenti sunt, quum hoc probatur‘ (numerum in oratione esse); § 175 ‚princeps inveniendi fuit Thrasymachus‘; invenit igitur circa annum a. C. n. CCCCXLVI et est Lysia superior, qui natus est ca. a. CCCCLVIII.

singularum fuissent, qui melius excoluissent. Atque hac in re non ultimo loco Thaophrastum, qui omnes elocutionis partes diligentissime tractasse videtur, habendum esse et quae supra de Theophrasto disseruimus docent et quae infra afferemus confirmabunt.

Accedo ad alterum locum, quo Dionysius acer censor Theophrasti exstitit, de Lys. c. 14 p. 483: Καὶ θαυμάζειν ἄξιον, τί δή ποτε παθὼν ὁ Θεόφραστος τῶν φορτικῶν καὶ περιέργων αὐτὸν οἴεται ζηλωτὴν γενέσθαι λόγων καὶ τὸ ποιητικὸν διώκειν μᾶλλον ἢ τὸ ἀληθινόν. ἐν γοῦν τοῖς περὶ λέξεως γραφεῖσι τῶν τε ἄλλων καταμέμφεται τῶν περὶ τὰς ἀντιθέσεις καὶ παρισώσεις καὶ παρομοιώσεις καὶ τὰ παραπλήσια τούτοις σχήματα διεσπουδακότων καὶ δὴ καὶ τὸν Λυσίαν ἐν τούτοις καταριθμεῖ, καὶ τὸν ὑπὲρ Νικίου, τοῦ στρατηγοῦ τῶν Ἀθηναίων, λόγον, ὅν εἶπεν ἐπὶ Συρακουσίων αἰχμάλωτος ὤν, ὡς ὑπὸ τούτου γεγραμμένον τοῦ ῥήτορος, παρατιθείς. κωλύσει δ' οὐδὲν ἴσως καὶ τὴν λέξιν αὐτὴν θεῖναι τοῦ Θεοφράστου. ἔστι δὲ ἥδε·

‚Ἀντίθεσις δ' ἔστι τριττῶς (cf. Aristot. rhet. III c. 9), ὅταν τῷ αὐτῷ τὰ ἐναντία ἢ τῷ ἐναντίῳ τὰ αὐτὰ ἢ τοῖς ἐναντίοις ἐναντία προκατηγορηθείη, τοσαυταχῶς γὰρ ἐγχωρεῖ συζευχθῆναι. τούτων δὲ τὸ μὲν ἴσον καὶ τὸ ὅμοιον παιδιῶδες, καθαπερεὶ ποίημα [arridet Marklandi παῖγμα], διὸ καὶ ἧττον ἁρμόττει τῇ σπουδῇ. φαίνεται γὰρ ἀπρεπές, σπουδάζοντα τοῖς πράγμασι τοῖς ὀνόμασι παίζειν καὶ τὸ πάθος τῇ λέξει περιαιρεῖν. ἐκλύει γὰρ τὸν ἀκροατήν· οἷον ὡς ὁ Λυσίας ἐν τῇ τοῦ Νικίου ἀπολογίᾳ βουλόμενος ἔλεον ποιεῖν·

Κλαίω τὸν ἀμάχητον καὶ ἀναυμάχητον ὄλεθρον. ἱκέται μὲν αὐτοὶ τῶν θεῶν καθίζοντες, προδότας δὲ τῶν ὅρκων ἡμᾶς ἀποφαίνοντες, ἀνακαλοῦντες συγγένειαν, εὐμένειαν.‘

ταῦτα γὰρ εἰ μὲν τῷ ὄντι Λυσίας ἔγραφε, δικαίως ἂν ἐπιτιμήσεως ἀξιοῖτο, χαριεντιζόμενος ἐν οὐ χαρίεντι καιρῷ. εἰ δὲ ἑτέρου τινός ἐστιν ὁ λόγος, ὥσπερ ἐστίν, ὁ κατηγορῶν ἃ μὴ προσῆκε τοῦ ἀνδρὸς μεμπτότερος. ὅτι δὲ οὐκ ἔγραφε Λυσίας τὸν ὑπὲρ Νικίου λόγου οὐδ' ἔστιν οὔτε τῆς ψυχῆς οὔτε τῆς λέξεως ἐκείνης [fort. ἐκείνου] τὸ γράμμα, πολλοῖς πάνυ τεκμηρίοις ἀποδεῖξαι δυνάμενος οὐκ ἔχω καιρὸν ἐν τῷ παρόντι λόγῳ· ἰδίαν δὲ περὶ τοῦ ῥήτορος πραγματείαν συντασσόμενος, ἐν ᾗ τά τε ἄλλα δηλωθήσεταί μοι καὶ τίνες εἰσὶν αὐτοῦ λόγοι γνήσιοι, τὴν ἀκρίβειαν ἐν ἐκείνοις καὶ περὶ τοῦδε ἀποδοῦναι πειράσομαι τοῦ λόγου. Quae Dionysii testimonia fuerint

ex verbis ‚οὔτε τῆς ψυχῆς‘ κτλ. non satis probabiliter conicere possumus; Spengelius harum rerum acutissimus iudex Art. script. p. 139 sq. fortiter Theophrasti auctoritatem tuetur. Sed utcunque res se habet, altero loco videmus Theophrastum non nudas praeceptiones tradidisse, sed exemplis quoque illustrasse, virtutibus laudatis notatis vitiis, ut Dionysium plura inde repetere potuisse et repetiisse probabilis sit coniectura. Sed solent quidam homines cum aliorum fruges in usum suum convertunt, tacere, clamare, cum eosdem in errore deprendisse sibi videantur.

Iuvabit Ciceronis quoque testimonia afferre, quem e fontibus Graecis, qui supra Dionysium redeunt, hausisse constat. Brut. c. 16 § 64 locus quem supra dedi sic continuatur: ‚Habet <Lysias> enim certos sui studiosos, qui non tam habitus corporis opimos quam gracilitates consectentur; quos, valetudo modo bona sit, tenuitas ipsa delectat. Quamquam in Lysia sunt saepe etiam lacerti, sic ut fieri nihil possit valentius. Verum est certe genere toto strigosior; sed habet tamen suos laudatores, qui hac ipsa eius subtilitate admodum gaudent‘. Τὸ μεγαλοπρεπὲς igitnr et τὸ παθητικὸν Cicero quoque ab eo abiudicat. De opt. gen. or. III 9 sq.: ‚imitemur si potuerimus Lysiam et eius quidem tenuitatem potissimum; est enim multis locis grandior, sed quia et privatas ille plerasque et eas ipsas aliis et parvarum rerum causulas scripsit, videtur esse ieiunior, cum se ipse consulto ad minutarum causarum genera limaverit. Quod qui ita faciet, ut, si cupiat uberior esse, non possit, habeatur sane orator, sed de minoribus; magno autem oratori etiam illo modo saepe dicendum est in tali genere causarum. Ita fit, ut Demosthenes certe possit summisse dicere, elate Lysias fortasse non possit.‘ Brut. 11,35: ‚Tum fuit Lysias ipse quidem in causis forensibus non versatus, sed egregrie, subtilis scriptor atque elegans, quem iam prope audeas oratorem perfectum dicere.‘ Orat. 9,29: ‚Dicat igitur attice venustissimus ille scriptor ac politissimus Lysias — quis enim possit id negare?‘ De orat. III 7,28: ‚Suavitatem Isocrates, subtilitatem Lysias . . . habuit.‘ Cicero igitur ipse quoque tribuit Lysiae τὸ ἀφελές, καθαρεύειν, χάριν; subtilitate plures virtutes comprehendere videtur.

Caecilium porro in Lysia aestimando cum amico Dionysio conspirasse testis est Photius bibl. p. 489 b 13 Bk.: Καικίλιος εὑρετικὸν μὲν τὸν ἄνδρα (Lysiam) συνομολογῶν, οἰκονομῆσαι δὲ τὰ εὑρεθέντα οὐχ οὕτως ἱκανόν.

Quintiliani iudicium, si non totum, magna ex parte ex Cicerone pendet; Dionysium quoque secutus esse videtur 9,4 16 et 17, quamquam non omnia, quibus Quintilianus et Dionysius concinunt, Fabius Halicarnassensi debeat necesse est. Denique concedo sane Dionysium iudicium de Lysia copiosius et accuratius exposuisse quam priores*); sed summa iudicii inter hos iam constabat.

II.
De Isocrate.
(p. 534 — 585 R).

Summam iudicii de Isocrate satis verbose dedit c. 11 et 12 p. 556 R sq.: Πρώτην μὲν τοίνυν ἔφην ἀρετὴν εἶναι λόγων τὴν καθαρὰν ἑρμηνείαν· ἐν ᾗ διαλλαγὴν οὐδεμίαν εὕρισκον παρ' οὐδετέρῳ (Lysia et Isocrate). ἔπειτα τὴν ἀκρίβειαν τὴν διαλέκτου τῆς τότε συνήθους, καὶ ταύτην ἑώρων ὁμοίαν παρ' ἀμφοτέροις· μετὰ ταῦτ' ἐπελογιζόμην, ὅτι τοῖς κυρίοις καὶ συνήθεσι καὶ κοινοῖς ὀνόμασιν ἀμφότεροι κέχρηνται· ἡ δ' Ἰσοκράτους λέξις προσλαβοῦσά τι τῆς τροπικῆς κατασκευῆς μέχρι τοῦ μὴ λυπῆσαι**) προῆλθε. τῆς δὲ σαφηνείας καὶ τῆς ἐναργείας ἀμφοτέρους κρατεῖν ἀπεφηνάμην. ἐν δὲ τῷ συντόμως ἐκφέρειν τὰ νοήματα Λυσίαν μᾶλλον ἡγούμην ἐπιτυγχάνειν· περὶ τὰς αὐξήσεις Ἰσοκράτην κατορθοῦν ἄμεινον ἐδόκουν. ἐν τῷ συστρέφειν τὰ νοήματα καὶ στρογγύλως ἐκφέρειν ὡς πρὸς ἀληθινοὺς ἀγῶνας ἐπιτήδειον Λυσίαν ἀπεδεχόμην. ἐν ταῖς ἠθοποιίαις ἀμφοτέρους εὕρισκον δεξιούς· τῆς δὲ χάριτος καὶ τῆς ἡδονῆς ἀναμφιλόγως ἀπεδίδουν τὰ πρωτεῖα Λυσίᾳ. τὸ μεγαλοπρεπὲς ἡρῷον [legendum ἑώρων sive εὕρισκον] παρ' Ἰσοκράτει· τοῦ πιθανοῦ κα πρέποντος οὐδέτερον ἐδόκουν ἀπολείπεσθαι. ἐν τῇ συνθέσει τῶν ὀνομάτων Λυσίαν μὲν ἀφελέστερον ἔκρινον, Ἰσοκράτην δὲ περιεργότερον· καὶ τὸν μὲν τῆς ἀληθείας πιθανώτερον εἰκαστήν, τὸν δὲ τῆς κατασκευῆς ἀθλητὴν ἰσχυρότερον.

---

*) Lysiae praecipue eum operam dedisse ex eo quoque concludi licet, quod peculiarem librum de genuinis et spuriis orationibus Lysiae se compositurum promittit p. 485 R.

**) cf. de Demosth. c. 4 p. 963 R πέφευγε τὴν τροπικὴν ὥσπερ ἐκείνη, et c 18 p. 1007 ἄτολμος περὶ τὴν τροπικήν.

c. 12: ταῦτα ἔφην περὶ τῆς λέξεως τῆς ἑκατέρου (λεκτικοῦ τόπου). τῶν δὲ πραγμάτων (= τοῦ δὲ πραγματικοῦ τόπου) ποιούμενος ἐξέτασιν, τὴν μὲν εὕρεσιν θαυμαστὴν παρ' ἀμφοῖν κατελαβόμην καὶ ἔτι τὴν κρίσιν· τῇ δὲ τάξει τῶν ἐνθυμημάτων καὶ τοῖς μερισμοῖς τῶν ἐπιχειρημάτων καὶ τῇ καθ' ἕκαστον εἶδος ἐξεργασίᾳ τοῖς τ' ἄλλοις ἅπασι τοῖς ἐν τῷ πραγματικῷ τόπῳ θεωρήμασι παρὰ πολὺ προτερεῖν ἡγούμην Ἰσοκράτην Λυσίου. κατὰ δὲ τὴν λαμπρότητα τῶν ὑποθέσεων καὶ τὸ φιλόσοφον τῆς προαιρέσεως πλεῖον διαφέρειν ἢ παιδὸς ἄνδρα, ὡς ὁ Πλάτων εἴρηκεν (Plat. Phaedr. p. 279), εἰ δὲ χρὴ τἀληθὲς εἰπεῖν, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ῥητόρων, ὅσοι φιλοσόφως τοῦ μαθήματος τούτου προέστησαν. τῆς μέντοι ἀγωγῆς τῶν περιόδων τὸ κύκλιον καὶ τῶν σχηματισμῶν τῆς λέξεως*) τὸ μειρακιῶδες οὐκ ἐδοκίμαζον. δουλεύει γὰρ ἡ διάνοια πολλάκις τῷ ῥυθμῷ τῆς λέξεως καὶ τοῦ κομψοῦ λείπεται τὸ ἀληθινόν· κράτιστον τ' ἐπιτήδευμα ἐν διαλέκτῳ πολιτικῇ καὶ ἐναγωνίῳ τὸ ὁμοιότατον τῷ κατὰ φύσιν. βούλεται δὲ ἡ φύσις τοῖς νοήμασιν ἕπεσθαι τὴν λέξιν, οὐ τῇ λέξει τὰ νοήματα. συμβούλῳ δὲ δὴ περὶ πολέμου καὶ εἰρήνης λέγοντι καὶ ἰδιώτῃ τὸν περὶ ψυχῆς τρέχοντι κίνδυνον ἐν δικασταῖς τὰ κομψὰ καὶ θεατρικὰ καὶ μειρακιώδη ταῦτ' οὐκ οἶδα ἥντινα δύναιτ' ἂν παρασχεῖν ὠφέλειαν· μᾶλλον δ' οἶδα, ὅτι καὶ βλάβης ἂν αἰτία γένοιτο. χαριεντισμὸς γὰρ πᾶς ἐν σπουδῇ καὶ καλῶς γινόμενος ἄωρον πρᾶγμα καὶ πολεμιώτατον ἐλέῳ.

Eadem fere dicit Dionysius in libro de Demosthen. c. 4. p. 962 R. sqq.

De fontibus huius iudicii quaerentibus nobis res magis ex voto procedit quam de Lysia aliisque. Dionysius enim ipse profitetur aliorum se verba repetere c. 13: Οὗτος δ' οὐκ ἐμὸς ὁ λόγος πρώτου μὰ Δία· ἐπεὶ πολλοὶ καὶ τῶν παλαιῶν ταύτην εἶχον ὑπὲρ αὐτοῦ τὴν δόξαν. Φιλόνικος μὲν γὰρ ὁ διαλεκτικὸς τὴν ἄλλην κατασκευὴν τῆς λέξεως ἐπαινῶν τἀνδρὸς [ex his igitur Isocratis laudes quoque poterat colligere Dionysius] μέμφεται τῆς καινότητος (legendum puto ταυτότητος, alii λειότητος) ταύτης καὶ τοῦ φορτικοῦ· ἐοικέναι τέ φησιν αὐτὸν ζῳγράφῳ**) ταῖς αὐταῖς ἐσθήσεσι***) (l. ἐσθῆσι) καὶ

*) haec erant in λεκτικῷ τόπῳ tractanda; sed premit aliorum vestigia: ,οὗτος οὐκ ἐμὸς ὁ λόγος' c. 13

**) oratores cum pictoribus et statuariis iam ante Dionysii aetatem identidem comparatos esse docet Brzoska p. 81 sqq. locis undique collatis.

***) hoc simile in usum convertit Dionysius de Demosth. c. 18, ubi etiam de Isocratis elocutione disserit, cf. de Dem. c. 41.

τοῖς αὐτοῖς σχήμασι πάσας ἐπικοσμοῦντι τὰς γραφάς. ἅπαντας γοῦν <φησιν> εὕρισκον τοὺς λόγους αὐτοῦ τοῖς αὐτοῖς τρόποις τῆς λέξεως κεχρημένους [ἐσχηματισμένους?]. ὥστ' ἐν πολλοῖς τεχνικῶς τὰ καθ' ἕκαστα ἐξεργαζόμενον, τοῖς ὅλοις ἀπρεπῆ παντελῶς φαίνεσθαι διὰ τὸ μὴ προσηκόντως τοῖς ὑποκειμένοις τῶν ἠθῶν φράζειν. Ἱερώνυμος δὲ ὁ φιλόσοφός φησιν, ἀναγνῶναι μὲν ἄν τινα δυνηθῆναι τοὺς λόγους αὐτοῦ καλῶς, δημηγορῆσαι δὲ τήν τε φωνὴν καὶ τὸν τόνον ἐπάραντα καὶ ἐν ταύτῃ τῇ κατασκευῇ μετὰ τῆς ἁρμοττούσης ὑποκρίσεως εἰπεῖν, οὐ παντελῶς. τὸ γὰρ μέγιστον καὶ κινητικώτατον τῶν ὄχλων παραιτεῖσθαι, τὸ παθητικὸν καὶ ἔμψυχον· δουλεύειν γὰρ αὐτὸν τῇ λειότητι διὰ παντός· τὸ δὲ κεκραμένον καὶ παντοδαπὸν ἐπιτάσει τε καὶ ἀνέσει καὶ τὸ ταῖς παθητικαῖς ὑποθέσεσι διειλημμένον ὑπερβεβηκέναι. καθόλου δέ φησιν αὐτὸν εἰς ἀναγνώστου παιδὸς φωνὴν καταδύντα μήτε τόνον μήτε πάθος μήτε ὑπόκρισιν δύνασθαι φέρειν. πολλοῖς δὲ καὶ ἄλλοις ταῦτα καὶ παραπλήσια τούτοις εἴρηται, περὶ ὧν οὐδὲν δέομαι γράφειν.

Iuvabit eundem Hieronymi locum, sed non omni ex parte cum Dionysii exemplo congruentem ex Philodemi quarto rhetoricae libro apponere (L. Spengel, Bericht d. b. Akad. d. Wiss. 1836; col. XVII· sqq.:*)

Ἱερώνυμος δέ φησιν, ἀναγνῶναι μὲν αὐτοῦ τοὺς λόγους . . (ῥᾳδίως suppl. ed Neap.) δυνήσεσθαί τινα, δημηγορῆσαι δὲ τὴν φωνὴν καὶ τὸν τόνον ἐπαίροντα καὶ ἐν ταύτῃ τῇ κατασκευῇ μετὰ τῆς ἁρμοττούσης ὑποκρίσεως εἰπεῖν οὐ παντελῶς· τὸ γὰρ μέγιστον καὶ κινητικώτατον παρεῖσθαι τῶν ὄχλων· ἄψυχον γὰρ αὐτοῦ καὶ ἄνευ παθημάτων (Hiller exhibet ἀνυπάκουστον) εἶναι τὴν λέξιν καὶ οἱονεὶ πρὸς ἕνα τόνον πεποιημένην, τὸ δὲ κεκλασμένον καὶ παντοδαπὸν καὶ ἐπιτάσει τε καὶ ἀνέσει καὶ ταῖς παθητικαῖς ὑπερθέσεσι διειλημμένον ἀποβεβληκέναι, τῇ δὲ λειότητι διὰ παντὸς δουλεύειν· τοιγαροῦν <εὖ> ἀνάγνωστον μὲν εἶναι φωνῆς ὑφειμένης, ἐπαρθείσης δὲ <μή>, κἂν ταῖς περιόδοις κα..**) οὖσαν τὸν λέγοντα καὶ τὴν ὑπόκρισιν ἀφαιρουμένην (ἀφαιρουμένου cod., em. Spengel) καὶ σχεδὸν ἐναντίαν τῇ τῶν πολιτικῶν· <τὸ>ν (<τῶ>ν ed. Neap.) δὲ πολυτευ-

---

*) v. etiam Ed. Hiller, Hieronymi Rhodii fragmenta in Satura philol. Herm. Sauppio obl. Berol. 1879 (p. 113 sq).

**) ita apud Spengelium; sed Hiller exhibet ,καὶ π<εφι>ειλοῦσαν (ita Blafs, <προ>ειλοῦσαν ed. Neap.)'.

ομένων ἐπιστατήσοντα δεῖν καὶ δημηγορικὴν κα<τα>κεχύσθαι (κα<τεγ> κεχύσθαι ed. Neap.) λέξιν καὶ μὴ τὴν ἐπιδίφριον καὶ καταψιθυρίζουσαν τὸν λόγον· ὅμοιον γοῦν εἶναι τῷ δασὺ καὶ μέγα περιθέμενον πρόσωπον παιδίου φωνὴν ἀφιέναι <καὶ> τὸ τοῖς Ἕλλησιν συμβουλεύοντα καὶ πλάσμα καὶ τὴν ἄλλην κατασκευὴν δημηγόρου περιβαλλόμενον ἐπ' ἀναγνώστου παιδὸς φωνὴν ἀποδεδρακέναι μήτε τόνον μήτε πάθος μήθ' ὑπόκρισιν δυναμένου φέρειν.

Dionysius Hieronymi verba in artiorem ambitum redegit idque indicavit verbis ‚καθόλου δέ φησιν', pleniorem locum dedit Philodemus. Ordine non nihil immutato ex memoria Hieronymi locum eos dedisse credas, sed sunt quaedam, quae oculorum aut aurium errorem prodere videantur: παραιτεῖσθαι et παρεῖσθαι, κεκραμένον et κεκλασμένον, ὑποθέσεσι et ὑπερθέσεσι, ὑπερβεβηκέναι et ἀποβεβληκέναι, ἐπάραντα et ἐπαίροντα. Composita est Hieronymi elocutio apud Dionysium, horrida apud Philodemum, nec convenit Philodemi κεκλασμένον*), nec τὸ γὰρ μέγιστον καὶ κινητικώτατον παρεῖσθαι τῶν ὄχλων, si deest τὸ παθητικὸν καὶ ἔμψυχον; ut integriora Halicarnassensem Hieronymi verba dedisse censeamus. Prioris partis genuinam formam restituere conatus est Hiller l. c. p. 114.

Sed non est locus hac de re accuratius investigandi. Hoc autem ex duobus quos apposui locos elucet, Philonicum et Hieronymum Dionysii iudicio summam rerum et aliqua ex parte verba quoque praebuisse.

De Philonico dialectico i. e. Stoico, quem Isocrateae elocutionis virtutes et vitia examinasse videmus, nihil habeo quod addam.

De Hieronymo plura narrat Cicero orat. 56, 189 sq.: ‚Inculcamus autem per imprudentiam saepe etiam minus usitatos, sed tamen versus; vitiosum genus et longa animi provisione fugiendum. Elegit ex multis Isocrati libris triginta fortasse versus Hieronymus Peripateticus in primis nobilis, plerosque senarios, sed etiam anapaestos; quo quid potest esse turpius? Etsi in eligendo fecit malitiose: prima enim syllaba

*) κεκραμένη ἡδονή Dionys. vet. cens. p. 432 R, et alibi; de Isaeo iud. c. p. 591 μίγματα.

dempta in primo verbo sententiae postremum ad verbum primam rursus syllabam adiunxit insequentis; itaque factus est anapaestus is, qui Aristophanius nominatur; quod ne accidat, observari nec potest nec necesse est. Sed tamen hic corrector in eo ipso loco, quo reprehendit, ut a me animadversum est studiose inquirente in eum, immittit imprudens ipse senarium.‘ Ex Ciceronis igitur testimonio non erat ille quidem incorruptissimus Isocratis iudex, v. Hiller p. 114, Spengel συναγ. p. 152 sqq., Blafs Att. Bereds. II p. 136.

Sed alios quoque de Isocratis elocutione idem iudicasse testatur Dionysius, addit enim: Πολλοῖς δὲ καὶ ἄλλοις ταῦτα καὶ παραπλήσια εἴρηται. Aristoteles tacite fortasse carpit longiores Isocratis periodos (v. rhet. III 9 et quae adn. Spengel), reprehendit Demetrius vol. Hercul. II col. XVII (v. Spengel ibid.).

Praeterea vitae auctores elocutionis indolem perstrinxisse verisimillimum est; scripserunt autem de Isocrate Demetrius, Aphareus, Hermippus, cuius librum de Isocratis discipulis Dionysius ipse infra laudat p. 588 R.

Apharea Dionysius affert in quaestione, utrum Isocratis exstent orationes iudiciales necne, c. 18 p. 576 R: Τοιοῦτος μὲν δή τις ἐν τοῖς συμβουλευτικοῖς λόγοις ὁ ἀνήρ. ἐν δὲ τοῖς δικανικοῖς τὰ μὲν ἄλλα πάνυ ἀκριβὴς καὶ ἀληθινὸς καὶ τῷ Λυσίου χαρακτῆρι ἔγγιστα μὲν προσεληλυθώς, ἐν τῇ δὲ συνθέσει τῶν ὀνομάτων τὸ λεῖον ἐκεῖνο καὶ εὐπρεπὲς (fortasse εὐπετὲς) ἔχων, ἔλαττον μὲν ἢ ἐν ἄλλοις λόγοις, οὐ μὴν ἀλλ' ἔχων γε. μηδεὶς δ' ἀγνοεῖν ὑπολάβῃ <με?>, μηδ' ὅτι Ἀφαρεὺς ὁ πρόγονός τε καὶ εἰσποίητος Ἰσοκράτει γενόμενος, ἐν τῷ πρὸς Μεγακλείδην περὶ τῆς ἀντιδόσεως λόγῳ διορίζεται(?), μηδεμίαν ὑπὸ τοῦ πατρὸς ὑπόθεσιν εἰς δικαστήριον γεγράφθαι· μηδ' ὅτι δέσμας πάνυ πολλὰς δικανικῶν λόγων Ἰσοκρατείων περιφέρεσθαί φησιν ὑπὸ τῶν βιβλιοπωλῶν Ἀριστοτέλης. ἐπίσταμαι γὰρ ταῦτα ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων λεγόμενα· καὶ οὔτ' Ἀριστοτέλει πείθομαι ῥυπαίνειν τὸν ἄνδρα βουλομένῳ*) οὔτ' Ἀφαρεῖ τούτου γ' ἕνεκα λόγον εὐπρεπῆ πλαττομένῳ συντίθεμαι, ἱκανὸν δὲ ἡγησάμενος εἶναι τῆς ἀληθείας βεβαιωτὴν τὸν Ἀθηναῖον Κηφισόδωρον,

* vexavit quidem saepius Isocratem Aristoteles, sed vix ob eam rem Aristotelis auctoritatem in quaestione gravissima removere licet, nisi verbis ‚περιφέρεσθαι κτλ.‘ ferri quidem orationes iudiciales Isocratis nomine statuit, Isocratis esse non statuit.

ὃς καὶ συνεβίωσεν Ἰσοκράτει καὶ γνησιώτατος ἀκουστὴς ἐγένετο καὶ τὴν ἀπολογίαν τὴν πάνυ θαυμαστὴν ἐν ταῖς πρὸς Ἀριστοτέλη ἀντιγραφαῖς ἐποιήσατο, πιστεύω γεγράφθαι λόγους τινὰς ὑπὸ τοῦ ἀνδρὸς εἰς δικαστήρια, οὐ μέντοι πολλούς.

Quo loco Aristoteles de orationibus iudicialibus Isocratis verba fecerit, non satis apparet*); plus deciens quidem in arte rhetorica oratoris mentionem facit et exemplum commendat, sed nihil de illis voluminibus. I c. 9 (p. 1368 a): Κἂν μὴ καθ' αὑτὸν εὐπορῇς, πρὸς ἄλλους ἀντιπαραβάλλειν, ὅπερ ὁ Ἰσοκράτης ἐποίει διὰ τὴν ἀσυνήθειαν τοῦ δικολογεῖν. III c. 17 (p. 1418 a): δεῖ οὖν ἀποροῦντα τοῦτο ποιεῖν ὅπερ οἱ Ἀθήνησι ῥήτορες ποιοῦσι καὶ Ἰσοκράτης· καὶ γὰρ συμβουλεύων κατηγορεῖ, οἷον Λακεδαιμονίων μὲν ἐν τῷ πανηγυρικῷ, Χάρητος δ' ἐν τῷ συμμαχικῷ. ἐν δὲ τοῖς ἐπιδεικτικοῖς δεῖ τὸν λόγον ἐπεισοδιοῦν ἐπαίνοις, οἷον Ἰσοκράτης ποιεῖ· ἀεὶ γάρ τινα εἰσάγει. . . ib. p. 1418 b: εἰς δὲ τὸ ἦθος, ἐπειδὴ ἔνια περὶ αὑτοῦ λέγειν ἢ ἐπίφθονον ἢ μακρολογίαν ἢ ἀντιλογίαν ἔχει, καὶ περὶ ἄλλου ἢ λοιδορίαν ἢ ἀγροικίαν, ἕτερον χρὴ λέγοντα ποιεῖν, ὅπερ Ἰσοκράτης ποιεῖ ἐν τῷ Φιλίππῳ καὶ ἐν τῇ ἀντιδόσει. Praeterea saepius Isocratis verba laudantur (II c. 19, c. 23, III c. 14, c. 9, c. 10, c. 11). Illud ῥυπαίνειν, quod Dionysius Aristoteli opprobrat, ex locis allatis non elucet. De Aphareo ipso v. (Plut.) vit. X orat. p. 839 C et Blafs Att. Bereds. II p. 64 sqq.

De Cephisodoro, critico melioris notae, plura Dionysius ipse tradit p. 626 R, p. 722, p. 757, v. etiam Müller fragm. hist. gr. II p. 85. Tria de Isocrate iudiciorum genera Dionysius a superioribus accepisse et quantum ei probaretur in usum suum convertisse videtur, primum Hieronymi, qui Ciceronis testimonio malitiose rem tractavit, et Aristotelis, quem Dionysius maculam Isocrati aspergere voluisse tradit, alterum Apharei, qui nimio patris studio omni laude eius orationes excellere voluit, minus perfectas abiudicavit, tertium denique Philonici, Cephisodori eorumque fortasse, quos Dionysius non nominat, qui virtutes orationis laudabant, notabant vitia.

---

*) haud scio an recte Rose (ed. Aristot. acad. p. 1500 sq.) inter fragmenta τεχνῶν συναγωγῆς referat.

Restat, ut Ciceronis quoque de Isocrate iudicia summatim recenseamus (v. Blafs Att. Bereds. II p.). Orat. 12, 41 sqq.: ,Itaque ut ego quum a nostro Catone laudabar, vel reprehendi me a ceteris facile patiebar, sic Isocrates videtur testimonio Platonis aliorum iudicia debere contemnere. Est enim, ut scis, quasi in extrema pagina Phaedri his ipsis verbis loquens Socrates (Plat. Phaedo p. 279)... Haec de adolescente Socrates auguratur. At ea de seniore scribit Plato et scribit aequalis et quidem exagitator omnium rhetorum hunc miratur unum (v. Dion. p. 558). Me autem, qui Isocratem non diligunt una cum Socrate et cum Platone errare patiantur. Dulce igitur orationis genus et solutum et fluens, sententiis argutum, verbis sonans est in illo epidictico genere, quod diximus proprium sophistarum, pompae quam pugnae aptius, gymnasiis et palaestrae dicatum*), spretum et pulsum foro.' or. 52,174 sqq.: ,qui Isocratem maxime mirantur, hoc in eius summis laudibus ferunt, quod verbis solutis numeros primus adiunxerit. . . Gorgias . . Thrasymachus . . . . Horum uterque Isocratem aetate praecurrit, ut eos ille moderatione, non inventione vicerit. Est enim, ut in transferendis faciendisque verbis tranquillior (v. s. p. 88 ,μέχρι τοῦ μὴ λυπῆσαι'), sic in ipsis numeris sedatior. Gorgias autem avidior est generis eius et iis festivitatibus — sic enim ipse censet — insolentius abutitur, quas Isocrates quum tamen audisset in Thessalia adolescens senem iam Gorgiam, moderatius [etiam] temperavit. Quin etiam se ipse tantum, quantum aetate procedebat — prope enim centum confecit annos — relaxarat a nimia necessitate numerorum; quod declarat in eo libro, quem ad Philippum Macedonem scripsit, quum iam admodum esset senex, in quo dicit sese minus iam servire numeris quam solitus esset. Ita non modo superiores, sed etiam se ipse correxerat.' Cum extremis conferenda quae Dionys. de Isocr. iud. c. 14 p. 564 R: Ὀλίγου ἅπας ὁ λόγος ὑπὸ τῶν τοιούτων αὐτῷ κεκόμψευται σχημάτων. οἱ μέντοι γ' ἐπὶ

*) Pseudo-Plut. vit. X or. p. 845: (Φίλιππος) ἐκάλει τοὺς μὲν αὐτοῦ (Δημοσθένους) λόγους ὁμοίως (l. ὁμοίους) τοῖς στρατιώταις διὰ τὴν πομπικὴν δύναμιν, τοὺς δ' Ἰσοκράτους τοῖς ἀθληταῖς. de πομπικῇ δυν. cf. Dionys. p. 434 R πομπικὸς καὶ δεινός.

τελευτῇ τοῦ βίου γραφέντες λόγοι ἧττόν εἰσι μειρακιώδεις, ὡς ἂν (?) οἶμαι, τελείαν ἀπειληφότες τὴν φρόνησιν παρὰ τοῦ χρόνου. — Cic. de orat. III 35, 141: ,ipse Aristoteles quum florere Isocratem nobilitate discipulorum videret, quod is suas disputationes a causis forensibus et civilibus ad inanem sermonis elegantiam transtulisset, mutavit repente totam formam prope disciplinae suae versumque quendam Philoctetae paullo secus dixit. Ille enim ,turpe sibi, ait, esse tacere, quum barbaros,' hic autem, ,quum Isocratem pateretur dicere.' Itaque ornavit et illustravit doctrinam illam omnem rerumque cognitionem cum orationis exercitatione coniunxit'. cf. or. 51, 172. Restat locorum copia satis magna, quibus Isocratis eiusque disciplinae mentionem fecit, sed cum ad eos quos posui locos admodum paulum novi adferant, supersedeo adscribere.

Quintiliani quoque testimonia quamquam permultum conferunt ad iudicium de Isocrate illustrandum, tamen omitto, quia, quae ratio intercedat inter Dionysii et Fabii iudicia, utrum hic Halicarnassensem secutus sit an, quod multis in locis mihi magis probatur, ex eisdem fontibus hauserint, non satis enucleatum est, neque mihi diligentius inquirere in praesens licet.

Atque quid ad nostram quaestionem valde opus est? Nonne videmus quae Dionysius profert iam antea omnia fere nota et disputata fuisse? Hic quidem satis modeste profitetur ,οὐκ ἐμὸς ὁ λόγοις πρώτου μὰ Δία.' Sed qui convenit cum illis, quae de toto genere horum studiorum praefatur? ,οὐδὲ κοινὰ — οὐδὲ καθημαξευμένα τοῖς πρότερον — οὐδεμιᾷ τοιαύτῃ περιτυχὼν οἶδα γραφῇ, πολλὴν ζήτησιν αὐτῶν ποιησάμενος'?

III.

De Isaeo.

(p. 586—625 R).

Tenuem iudicii summam dedit c. 18 p. 624 sq. R: ,Οὐθὲν δὲ κωλύει καὶ κεφαλαιωδῶς περιλαβόντα δι' ἐλαχίστης δηλώσεως τὰ φανερώτατα εἰπεῖν· ὅτι μοι δοκεῖ Λυσίας μὲν τὴν ἀλήθειαν διώκειν μᾶλλον, Ἰσαῖος δὲ τὴν τέχνην. καὶ ὁ μὲν στοχάζεσθαι τοῦ χαριέντως, ὁ δὲ τοῦ δεινῶς <εἰπεῖν add. R>. εἰ δέ τις παραθεωροίη

ταῦτα ὡς μικρὰ καὶ φαῦλα, οὐκ ἂν ἔτι γένοιτο ἱκανὸς αὐτῶν κρατῆσαι [legendum puto κριτής*)]. ἀλλὰ γὰρ αἱ ὁμοιότητες συνταράξουσιν αὐτοῦ τὴν γνώμην, ὥστε μὴ διαγνῶναι τὸν ἴδιον ἑκατέρου χαρακτῆρα.'**)

Eandem quam Dionysius questus est auctorum inopiam nobis fontes indagantibus queri licet. Initio libelli historicorum testimonia discrepare dicit, unde ortus sit Isaeus (p. 586 R): ὡς μέν τινες ἱστοροῦσιν Ἀθηναῖος ἦν τὸ γένος· ὡς δὲ ἕτεροι γράφουσι, Χαλκιδεύς. Qui illi sint docet Harpocratio s. v. Ἰσαῖος· εἷς μέν ἐστι τῶν ι΄ ῥητόρων οὗτος, μαθητὴς δὲ Ἰσοκράτους, διδάσκαλος δὲ Δημοσθένους, Ἀθηναῖος τὸ γένος, καθά φησιν Ἕρμιππος ἐν β΄ τῶν περὶ Ἰσοκράτους μαθητῶν· Δημήτριος δ' ἐν τοῖς περὶ ὁμωνύμων ποιητῶν Χαλκιδέα φησὶν αὐτὸν εἶναι. Satis honorifice a Dionysio ipso statim laudatur Hermippus. Γενέσεως δὲ καὶ τελευτῆς τοῦ ῥήτορος ἀκριβῆ χρόνον εἰπεῖν οὐκ ἔχω· οὐδὲ δὴ περὶ τοῦ βίου τοῦ ἀνδρός, οἷός τις ἦν· οὐδὲ περὶ τῆς προαιρέσεως τῶν πολιτευμάτων, οὐδὲ ἀρχήν, εἰ προείλετό τινα πολιτείαν· οὐδ' ὅλως περὶ τῶν τοιούτων οὐδενός, διὰ τὸ μηδὲ τοιαύτῃ περιτυγχάνειν ἱστορίᾳ. οὐδὲ γὰρ ὁ τοὺς Ἰσοκράτους μαθητὰς ἀναγράψας Ἕρμιππος ἀκριβὴς ἐν τοῖς ἄλλοις γενόμενος ὑπὲρ τοῦδε τοῦ ῥήτορος οὐδὲν εἴρηκεν ἔξω δυοῖν***) τούτων, ὅτι διήκουσε μὲν Ἰσοκράτους, καθηγήσατο δὲ Δημοσθένους, συνεγένετο δὲ τοῖς ἀρίστοις τῶν φιλοσόφων. Ex his facile etiam fluxerunt quae Dionysius de Isaei aetate (ἤκμασε κτλ.) rettulit, cum facillime ex Hermippi verbis coniectura assequi posset. Hermippus, Callimachi discipulus, floruit sub initium secundi a. Chr. saeculi (v. Müll. fr. h. gr. III p. 35). Eius mentionem facit Hieronymus de script. eccles. 1: Hortaris Dexter, ut Tranquillum sequens ecclesiasticos scriptores in ordinem digeram. . . . Feceruut quidem hoc apud Graecos Hermippus Peripateticus, Antigonus, Carystius, Satyrus doctus vir, et longe omnium doctissimus Aristoxenus musicus, apud Latinos Varro Santra, Nepos, Hyginus et, ad cuius nos exemplum provocas, Tranquillus.'

---

*) v. de vocabulis κρίσις, κρίνειν supra p. 79 et infra ,οὐδ' ἱκανὸν ὄντα κρίνειν.'

**) Blafs Att. Bereds. II p. 464 sqq.

***) de patria Isaei quoque eum tradidisse modo memoravi.

Si totius Hermippi operis fuit, quod statuerunt viri docti, inscriptio βίοι, eorumque Prellerus (Jahns Jahrb. 1836, XVII 2, p. 169 sq.) recte tres partes distinxit: περὶ νομοθετῶν, περὶ τῶν ἑπτὰ σοφῶν, περὶ τῶν ἐν παιδείᾳ διαλαμψάντων, ex operis extrema parte quae tradit Dionysius desumpta esse apparet. Disputavit Hermippus non solum de discipulis Isocratis, sed praecedebat liber de magistro ipso (v. vit. Anonym. Baiter-Sauppe Scholia oratoribus Att. adiecta p. 7: Ἕρμιππος δέ φησιν ἐν τῷ περὶ τοῦ Ἰσοκράτους κτλ. et Athenae. XIII 592 D). Discipulorum praecipuas virtutes eum memorasse et inter se comparasse docet fragm. 69 ap. Müll. fr. h. gr. III p. 51. (Athen. X 451 E). Neque tamen plura eum de Isaeo tradidisse quam Dionysius exhibet facile credimus.

Quae Dionysius de Isaei artificiis argutiisque tradit iam aequalibus animadversum fuisse ipse testatur c. 4 p. 591 R: ἦν δὲ περὶ αὐτοῦ δόξα παρὰ τοῖς τότε γοητείας καὶ ἀπάτης, ὡς δεινὸς ἀνὴρ τεχνιτεῦσαι λόγους ἐπὶ τὰ πονηρότερα· καὶ εἰς τοῦτο διεβάλλετο. δηλοῖ δὲ τοῦτο τῶν ἀρχαίων τις ῥητόρων ἐν τῇ Δημοσθένους κατηγορίᾳ, Πυθέας, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ. πονηρίαν γὰρ τῷ Δημοσθένει καὶ κακίαν τὴν ἐξ ἀνθρώπων πᾶσαν ἐνοικεῖν φήσας, καὶ τόδε τὸ μέρος ὅλον εἰς διαβολήν, ἐπιτίθησιν, ὅτι τὸν Ἰσαῖον ὅλον καὶ τὰς τῶν λόγων ἐκείνου τέχνας σεσίτισται. Καὶ μὰ Δία οὐκ ἀπὸ σκοποῦ τὴν διαβολὴν ταύτην εἶχεν ἑκάτερος.

Quaestioni de fontibus unum addo locum, quo Demosthenes quaedam ex Isaeo mutuatus esse fertur, Theon. progymn. rhet. gr. I p. 154 W., II p. 63 Sp. καὶ μέν τοί γε ὁ Φίλιστος τὸν Ἀττικὸν ὅλον πόλεμον ἐν τοῖς Σικελικοῖς ἐκ τῶν Θουκυδίδου μετενήνοχε, καὶ Δημοσθένης εἰς τὸν κατὰ Μειδίου τά τε Λυσίου, καὶ Λυκούργου ἐκ τῶν τῆς ὕβρεως λόγων καὶ τὰ Ἰσαίου ἐκ τῶν κατὰ Διοκλέως (l. Διοκλέους) ὕβρεως. Hoc quoque testimonium, cum quod de Philisto traditur etiam apud Ciceronem (ad Quint. fr. II 12) verbis ‚pusillus Thucydides‘ (Philistus) significari videatur, supra Dionysii aetatem redire puto, fortasse ad aliquem de imitatione librum.

Sed huiusmodi res sescentae luce carent, illud autem facile videmus Dionysium ne in hoc quidem iudicio nova et inaudita tradidisse.

IV.

De Demosthenis elocutionis.

(qui liber vulgo inscribitur ‚περὶ τῆς λεκτικῆς Δημοσθένους δεινότητος'*), p. 953—1129 R).

Accedamus ad alteram libri de veteribus oratoribus partem, de Demosthene, Hyperide, Aeschine, quam perfectam fuisse ex initio iudicii de Dinarcho apparet, exstat autem sola de Demosthenis elocutione (p. 1129 R: περὶ τῆς Δημοσθένους λέξεως) disputatio**).

Dionysius cum Demosthenem absolutae et perfectae orationis quasi normam esse in libro de verborum compositione plus uno loco docuisset, magnam mihi libri de Demosthene excitavit exspectationem. Sed spes me aliquantum fefellit; plus novi exspectaveram quam inveni et iterum iterumque legenti nimia verbositas, res alibi tractatae et in hoc ipso libro non semel repetitae mihi aliquantum fastidii moverunt. Est sane dimidia pars de elocutione — altera eaque gravior de rebus in ultima libelli pagina promittitur — est eadem initio perdito mutila, sed neque multa intercidisse ex c. 17 et 40 conici licet, et Dionysius quaestionibus de genere dicendi elegantiam et doctrinam in primis ostendere solet***). Sed hoc longius recedit a nostra provincia.

De Demosthenis elocutione Dionysio haec fere disputata sunt. Dicendi sunt tria genera, sublime, tenue, medium; sublime Thucydides, tenue Lysias, medium coluerunt Plato et Isocrates. Demosthenes autem non solum Thucydidem

---

*) cod. Ambros. D. 119 (sec. XV) recte exhibet περὶ τῆς Δημοσθένους λέξεως. v. Herwerden, Dionys. Hal. epist. crit. III praef. p. V.

**) Epist. ad Cn. Pomp. c. 2 p. 758 R: λοιπὸν δ' ἐστί μοι καὶ περὶ αὐτῶν, ὧν εἴρηκα λόγων περὶ τἀνδρὸς ἐν τῇ περὶ τῶν Ἀττικῶν πραγματείᾳ ῥητόρων, εἰπεῖν· θήσω δ' αὐταῖς λέξεσιν, ὡς ἐκεῖ γέγραφα, repetuntur quae de Demosth. c. 5 p. 964 exposita sunt. Librum de Demosthenis elocutione post librum de comp. verb. confectum et editum esse recte Roeſsler Dionys. fragm. p. 4 sq. contra Blassium defendit. Obiter moneo illud δηλοῦται p. 240 Sch. perfecti loco dici potuisse, ut procul dubio ‚γράφω τάδε' ad Pomp. c. 3 p. 767 perfecti vim obtinet.

***) Tenuia quoque sunt, quae vet. cens. p. 433 R sq. de Demosthene traduntur, ut etiam in libro II περὶ μιμήσεως Dionysius imaginem summi oratoris parum distincte expressisse videatur.

et Lysiam diversa genera sequentes (c. 8—16), sed etiam qui mediam aureamque viam institerunt Isocratem (c. 17—22) et Platonem (c. 23—33) longe superat. Incipit c. 35 disputatio de Demosthenis compositione verborum — delectum leviter perstringit — et deducitur paucis interpositis (c. 45 et 46) usque ad c. 52, qua quaestione Demosthenis orationes praeceptis pulchrae et iucundae compositionis omni ex parte respondere ostendit. In haec viginti capita totum fere librum de compositione transtulit saepe ne verbis quidem mutatis; moleste imprimis ferimus, quae de compositionis generibus scripsit, praesertim cum de totius elocutionis generibus ante planius disseruerit. Pauca eaque subtiliora tradit de pronuntiatione orationum Demosthenis c. 53. Extrema parte quae Aeschines aliique in Demosthene reprehenderunt refutat. Virtutes Demosthenicae elocutionis maximam partem indicantur c. 58.*)

Haec igitur summa libri satis ampli. Quae ad artem pertinent a nobis iam supra tractata omittimus, omittimus ea quoque quae ad iudicia de Thucydide et Platone referenda sunt; reliquum est, ut quaeramus quosnam auctores in elocutione Demosthenis aestimanda secutus sit v. Blafs III 1 p. 63 sqq.

Demosthenem multis praeclarisque virtutibus ceteris oratoribus antecellere et facile principem esse Dionysii temporibus plurimi consentiebant. Auctores igitur eius iudicii afferre et difficile fuit et non necessarium. p. 1062 R: Ὅτι μὲν οὖν περιττή τίς ἐστιν ἡ τῆς λέξεως τῆς Δημοσθένους ἁρμονία καὶ μακρῷ δή τινι διαλλάττουσα τὰς τῶν ἄλλων ῥητόρων, οὐκ ἐμὸς ὁ μῦθος. Hoc ei aequalium vel qui maxime adversarentur dicit tribuisse, ὧν ἦν Αἰσχίνης ὁ ῥήτωρ. Qui cum Demosthenis elocutionem ceteroqui malitiose ut adversarius et aemulus exagitet, hoc concedit (p. 1065 R): ‚Ὡς ὑμᾶς ὀρρωδῶ κακῶς πάσχοντας τὴν σύνθεσιν τῶν Δημοσθένους ὀνομάτων ἀγαπήσαντας‘. Demosthenem propter verborum portenta cavillatur c. 57 p. 1125 R, quibus conferenda sunt quae Cicero or. 8, 26 tradit: ‚Ac tamen in hoc

*) Demosthenem non Aristotelis arte oratoria institutum esse docet epist. ad. Amm. I; quibus artibus usus sit se quaesiturum promittit c. 3 p. 723 R.

ipso diligenter examinante verborum omnium pondera reprehendit Aeschines quaedam et exagitat illudensque dura, odiosa, intolerabilia esse dicit. Quin etiam quaerit ab ipso, quum quidem eum beluam appellet, utrum illa verba an portenta sint.' Erant igitur, quibus Demosthenis electio verborum minus probaretur, compositionem admirabantur omnes, ut quae Dionysius hac de re tradit aliqua ex parte certe aliunde adscita esse putanda sint.

De actione disputans Demetrium auctorem laudat aliosque vitae scriptores c. 53 p. 1118: καίτοι φύσει πρὸς ταῦτα οὐ πάνυ εὐτυχεῖ χρησάμενος, ὡς Δημήτριος ὁ Φαληρεύς φησι καὶ οἱ ἄλλοι πάντες οἱ τὸν βίον αὐτοῦ συγγράψαντες. Hi qui fuerint, Fr. Gebhard de Plutarchi in Demosthenis vita fontibus ac fide diligenter exposuit (Monachii 1880). Ipse de uno Demetrio pauca afferam. Atque Dionysius illum p. 757 R in numero exagitatorum elocutionis Platonicae posuit. Cicero ad Q. fratr. de pet. consul. 1, 2: ‚Saepe quae de Demosthenis studio et exercitatione scripsit Demetrius recordare.' De divin. II 46, 96 (de litterae r pronuntiatione). Inter multos eius libros fuisse etiam rhetoricos refert Diogen. Laert. V § 80.

Num Dionysius quae de Aeschine Demosthenis adversario profert ex ipso Aeschine collegerit, dubito, praesertim cum mire cum Cicerone conspiret; ferebantur de clarissimi oratoris vita libri, in quibus etiam de inimicitiis Aeschinis et Demosthenis disputatum fuisse verisimile est, v. Schol. Aesch. (Baiter-Sauppe p. 26).

Denique addo locum Demetrii Magnetis de Din. c. 1, ubi praecipuae Demosthenis virtutes memorantur et in comparationem vocantur.

Ciceronis testimonia duo iam attuli; accedunt hi quoque loci, quibus ut alibi Tullium Graecos secutum esse putamus. Orat. 2, 6: ‚In oratoribus graecis quidem admirabile est, quantum inter omnes unus excellat. Ac tamen quum esset Demosthenes, multi oratores magni et clari fuerunt et antea fuerant nec postea defecerunt.' Idem fere 7, 23. Demosthenes cum aliis comparatur oratoribus orat. 31, 110: ‚Nihil Lysiae subtilitate cedit, nihil argutiis et acumine Hyperidi, nihil laevitate (?) Aeschini et splendore verborum.' Omnes

elocutione infra Demosthenem esse saepe dicit: Thucydides grande genus dicendi sequitur, sed nihil ad oratorem, quem quaerimus (de optim. gen. or. 5, 15); Lysias tenuis generis cultor, elate dicere fortasse non potuit (ib. 4, 10), Isocrates paene perfectus orator, sed mollior; ne Plato quidem, quem Cicero semper excipere solet summisque laudibus cumulat, satis aptus ad causas forenses explicandas; par nobile oratorum Demosthenes et Aeschines, antecedit Paeaniensis. Omnes in unius Demosthenis elocutione coniunctas esse virtutes oratorias docet [δεινότητα appellat Dionysius] Brut. 9, 35: ,Nihil acute inveniri potuit in eis causis, quas scripsit, nihil ut ita dicam subdole nihil versute (πανουργίαν et ἀπάτην ab Isaeo acceptum dicit Dionysius), quod ille non viderit; nihil subtiliter dici, nihil presse, nihil enucleate, quo fieri posset aliquid limatius, nihil contra grande, nihil incitatum, nihil ornatum vel verborum gravitate vel sententiarum, quo quidquam esset elatius.'

Πραγματικὸν et λεκτικὸν τόπον in hoc iudicio spectare eum videmus latetque hic quoque cum aliis oratoribus comparatio. Ad verborum electum et compositionem pertinent imprimis quae de verborum splendore et gravitate et de limata oratione dicit. Concursum vocalium ut vitiosum magna ex parte Demosthenem quoque fugisse tradit orat. 44, 151. Numeros grandes et suaves et rebus accommodatos Demosthenis orationes habere, etsi Cicero non aperte testatur, tamen ex aliis oratoris laudibus hanc quoque virtutem Demostheni tribuisse apparet. Sententiarum ornamenta laudantur orat. 39, 136: ,Et sunt sententiarum lumina maiora (quam verborum), quibus quia frequentissime Demosthenes utitur, sunt qui putent*) idcirco eius eloquentiam maxime esse laudabilem.' Aliis locis aliae Demosthenis virtutes nominantur, orat. 26, 90 facetiae; orat. 70, 234 fulmina; de orat. II 23, 94 veritatis studium; de orat. III 7, 28 vis praecipua; ad Att. 2, 1, 3 σεμνότης.

De actione quoque quae Dionysius tradit habemus maximam partem apud Ciceronem, de orat. III 56, 213: ,Sed haec

*) hoc quoque ostendit de λεκτικῷ τόπῳ Demosthenis disputatum esse.

omnia perinde sunt, ut aguntur. Actio, inquam, in dicendo una dominatur. Sine hac summus orator esse in numero nullo potest, mediocris hac instructus summos saepe superare. Huic primas dedisse Demosthenes dicitur, quum rogaretur, quid in dicendo esset primum; huic secundas, huic tertias.... Quanto, inquit (Aeschines), magis miraremini (Rhodii), si audissetis ipsum (Demosthenem). Eadem fere orat. 17, 56, Brut. 38, 142.

Quin etiam de singulis orationum partibus disputatum fuisse videtur, nisi quae orat. 8, 26 tradit, ipsius Tulii sunt: ‚Itaque hic, quem praestitisse diximus ceteris, in illa pro Ctesiphonte oratione longe optima summissius a primo, deinde, dum de legibus disputat, pressius, post sensim incendens iudices, ut vidit ardentes, in reliquis exsultavit audacius.' cf. § 133. Ciceronis quoque testimonio Mendemum et Charmadam de Demosthenis orationibus disseruisse accepimus, de orat. I 19, 88 sqq. Demosthenis locupletissimi erant iudices cives, qui orationes audiebant et admirabantur. Secuti sunt rhetores, qui virtutes oratorias praeceptis rhetoricis ponderaverunt Demosthenique palmam perfectae eloquentiae tribuendam esse omnes fere consenserunt; erant quidam qui adversarentur unam alteramve partem ut minus perfectam aut nimis exaggeratam exagitantes, sed speciem obtrectationis et cavillationis male caverunt. Dionysius studiosorum partes secutus de Demosthenis genere dicendi ita disputavit, ut rem usui scholarum (quamquam de Demosth. c. 46 p. 1099 ὑπομνηματισμοὺς suos opponit σχολικοῖς χαρακτῆρσι) accommodaret exemplis praeceptisque interpositis, novi paulum admodum proferret. Imprimis cum Cicerone consentit, quem et ipsum in Asia*) et Athenis studiorum causa versatum esse nobilissimosque doctores audivisse constat (Brut. § 315), ut praeter auctores quos attuli alium nec tenuem fontem ex illarum regionum doctoribus et criticis repetendum esse non absurde conicias.

V.
De Hyperide.

Dionysium alteram partem de veteribus oratoribus absolvisse supra dixi; de Demosthene exstat περὶ τῆς λέξεως

*) de Pergamenorum studiis v. Brzoska p. 57 sqq.

Δημοσθένους libellus, de Hyperide et Aeschine iudicia ad nos non pervenerunt. Quid autem de his praestantissimis oratoribus iudicaverit, colligi licet ex compluribus locis. Atque primum Hyperidem in libro de Din. c. 1 refert similiter atque Demosthenem et Aeschinem dicendi genera ab prioribus inventa perduxisse ad perfectionem (τελειωτὴς τῶν ἑτέροις εὑρημένων). Ibidem quae eius virtutes fuerint exposuit c. 6 p. 641 R: ὁ δ' Ὑπερείδης κατὰ μὲν τὴν ἐκλογὴν τῶν ὀνομάτων ἡττᾶται Λυσίου, κατὰ δὲ τὸν πραγματικὸν τρόπον διαφέρει· διηγεῖται δὲ πολλαχῶς, ποτὲ μὲν κατὰ φύσιν, ποτὲ δὲ ἀπὸ τοῦ τέλους ἐπὶ τὴν ἀρχὴν πορευόμενος, πιστοῦται δ' οὐ κατ' ἐνθύμημα μόνον, ἀλλὰ καὶ κατ' ἐπιχείρημα πλατύνων, et c. 7 p. 643: Ὁμοίως (ut Lysiae et Dinarchi orationis diiudicantur) καὶ ἐπὶ τῶν Ὑπερείδου· ἐὰν τῆς μὲν λέξεως τὸ ἰσχυρόν, τῆς δὲ συνθέσεως τὸ ἁπλοῦν, τῶν δὲ πραγμάτων τὸ εὔκαιρον, τῆς δὲ κατασκευῆς τὸ μὴ τραγικὸν μηδὲ ὀγκῶδες ἔχῃ — ταῦτα γὰρ μέγιστα ἐκείνου τοῦ ἀνδρὸς ἴδιά ἐστι — Ὑπερείδου λεγέτω.

Ex veterum quae vocatur censura, quae ex secundo Dionysii de imitatione libro excerpta est (v. Usener Dion. Halic. de imitat. librorum rel. p. 14), haec appono: Ὁ δὲ Ὑπερείδης εὔστοχος μέν, σπάνιον δ' αὐξητικὸς καὶ τῇ μὲν τῆς φράσεως κατασκευῇ Λυσίαν ὑπερηρκώς, τῇ δὲ τῆς εὑρέσεως*) πανουργίᾳ πάντας. ἔτι δὲ τοῦ κρινομένου διὰ παντὸς ἔχεται καὶ τοῖς ἀναγκαίοις τοῦ πράγματος προσπέφυκε, καὶ συνέσει πολλῇ κεχορήγηται, καὶ χάριτος μεστός ἐστι· καὶ δοκῶν ἁπλοῦς οὐκ ἀπήλλακται δεινότητος. τούτου ζηλωτέον μάλιστα τῶν διηγήσεων τὸ λεπτὸν καὶ σύμμετρον, ἔτι δὲ καὶ τὰς ἐφόδους, <αἷς>**) ἐπὶ τὰ πράγματα βαδίζει.

Veterum praeterea iudicia de Hyperide collegit F. Blafs in editione orationum Hyperidis. Ciceronis testimonia, quae cur illic non adiecerit, non video, sunt haec: de orat. II 23, 94 laudatur eius veritatis studium, ib. I 13, 58: Hyperidem aut Demosthenem, perfectos iam homines in dicendo et perpolitos' (τελειωταί!)., ib. III, 7, 8 acumen Hyperidis . . . orat. 26, 40: satis in orationibus facetus. Brut. 9, 36: proximus fuit De-

*) εὑρέσεως quod suppeditat cod. P Useneri cum in aliis codicibus exciderit, viri docti alii διηγήσεως alii οἰκονομίας de coniectura addiderunt. cf. de Isocr. c. 16 init., de Dem. c. 6.

**) αἷς add. Hoeshel, ὡς Usener.

mostheni, quamquam dissimilis est (36,138 et 82,285). Brut. 84,290 eum dicendo audientium animos ut vellet movisse.

Demetrius Magnes χάριν Hyperidis laudat ap. Dionys. de Dinarch. c. 1 p. 631 R <Δείναρχος> οὐδὲν ἀπολείπων τῆς Ὑπερείδου χάριτος. — De virtutibus Hyperidis cf. praeterea (Longin.) περὶ ὕψ. c. 34 et Blafs Att. Beredsamkeit III 2 p. 22 sqq.

VI.

De Aeschine.

Dionysius in veterum censura c. 5 p. 434 R de Aeschine haec exhibet (Usen. p. 13): Ὁ δὲ Αἰσχίνης ἀτονώτερος μὲν τοῦ Δημοσθενικοῦ, ἐν δὲ τῇ τῶν λέξεων ἐκλογῇ πομπικὸς ἅμα καὶ δεινός· καὶ οὐ πάνυ μὲν ἔντεχνος, τῇ δὲ παρὰ τῆς φύσεως εὐχερείᾳ κεχορηγημένος· καὶ σφόδρα ἐνεργὴς καὶ βαρὺς καὶ αὐξητικὸς καὶ πικρός· καὶ ἡδὺς μὲν αὐτόθεν ἐντυχόντι, σφοδρὸς δ' ἐξετασθείς. Idem in libro de Demosth. c. 35 p. 1063 R: ὧν (adversariorum Demosthenis) ἦν Αἰσχίνης ὁ ῥήτωρ, ἀνὴρ λαμπροτάτῃ φύσει περὶ λόγους χρησάμενος, ὃς οὐ πολὺ ἂν ἀπέχειν δοκεῖ τῶν ἄλλων ῥητόρων καὶ μετὰ Δημοσθένην μηδενὸς δεύτερος ἀριθμεῖσθαι. v. Blafs III 2 p. 161 sqq.

Iam ut de fontibus quaeram, scripserunt de Aeschine Demetrius Phalereus, Idomeneus Lampsacenus, Hermippus aliique, cuius rei luculentissimum testimonium suppeditat Scholion Aeschineum (Baiter-Sauppe p. 26, Schultz Aeschinis or. p. 6): Ὅτι μαθητὴς ἐγένετο (Aeschines), ὡς μὲν Δημήτριος ὁ Φαληρεύς φησι Σωκράτους τοῦ φιλοσόφου, εἶθ' ὕστερον τοῦ Πλάτωνος*)· ὡς δὲ Καικίλιος καὶ Ἰδομενεὺς καὶ Ἕρμιππος ἱστοροῦσιν, οὐκ ἤκουσε τούτων τῶν ἀνδρῶν μαθήσεως χάριν· φασὶ γάρ, ὡς ὅτι οὐδὲν τοῦ χαρακτῆρος τοῦ Πλατωνικοῦ σώζει, οὔτε τὸ ἀκριβὲς καὶ καθαρὸν οὔτε τὸ (οὔτε τὸ add. Reiske) ἀπέριττον καὶ εὔρυθμον, ἀλλὰ κεχηνυῖά πώς ἐστιν αὐτοῦ ἡ ἰδέα τοῦ λόγου καὶ ἄτεχνος μὲν καὶ προπετὴς καὶ εὐχερῶς ἐπὶ τὸ λοιδορεῖν αἰσχρῶς καὶ ἀπρεπῶς ῥήτορι ἐξαγομένη, ἔχουσα δέ τι εὐφυὲς καὶ εὐάγωγον καὶ οἷον ἂν γένοιτό τινι ἐκ φύσεως καὶ μελέτης ἀφανοῦς.

Summam cum Dionysii iudicio congruere elucet. Atque hoc quoque lucrificamur vitarum auctores genus dicendi accura-

*) Socraticus Aeschines cum nostro, quem ne Socratis auditorem fuisse putemus temporum ratio obstat, confusus esse videtur.

te examinasse, ut etiam quem quisque audivisset, hac quaestione diiudicarent.

Ciceronis testimonia praeter locos quos supra de Demosthene attuli sunt haec: de opt. gen. or. § 14: ‚Converti enim ex Atticis duorum eloquentissimorum nobilissimas orationes inter seque contrarias, Aeschini et Demostheni. § 17: ‚A me autem [cum neque Thucydides neque Plato, ne Isocrates quidem ad forenses causas aptus sit], ut cum maximis minima conferam, gladiatorum par nobilissimum inducitur, Aeschines, tamquam Aeserninus, ut ait Lucilius, non spurcus homo, sed acer et doctus, cum Pacideiano hic componitur . . . . optimu' longe post homines natos.' Nihil enim illo oratore arbitror cogitari posse divinius.' § 22: ‚Quid enim tam aut visendum aut audiendum fuit quam summorum oratorum in gravissima causa accurata et inimicitiis incensa contentio?' Brut. 82,285: ‚quid est tam dissimile quam Demosthenes et Lysias? quam iidem et Hyperides? quam horum omnium Aeschines?' In eius dicendi genere levitas*) et splendor verborum laudatur or. 31,110. Adde huic loco Tuscul. 3, 26,63: ‚Aeschines in Demosthenem invehitur, quod is septimo die post filiae mortem hostias immolavisset. At quam rhetorice, quam copiose, quas sententias colligit, quae verba contorquet (ἐκλογὴν ὀνομάτων spectare videtur)? ut licere quidvis rhetori intellegas.' Praeterea de orat. III 7,28 et III 56,213. Ex Ciceronis quoque iudicio ‚Αἰσχίνης μετὰ Δημοσθένην μηδενὸς δεύτερος ἀριθμεῖσθαι' dignus est.

De Dinarcho.

Dionysius cum totum de oratoribus (et historicis?) opus absolvisset, de Dinarcho quoque, quem apud plurimos in honore esse videret, quaestionem instituit, praesertim cum qui antea de eo scripserant aut minus subtilia aut falsa tradidissent, c. 1 p. 630 R: ὁρῶν δὲ καὶ τοῦτον τὸν ἄνδρα παρὰ

*) minime convenit cum Hermippi aliorumque iudicio (κεχηνοῖα, ἄτεχνος λέξις, πικρός), si levitas est λειότης.

πολλοῖς*) ἠξιωμένον ὀνόματος ἐπὶ δεινότητι λόγων καὶ ἀπολελοιπότα δημοσίους τε καὶ ἰδίους λόγους οὔτε ὀλίγους οὔτε εὐκαταφρονήτους, ἡγησάμην δεῖν μὴ παραλιπεῖν αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ βίου καὶ τοῦ χαρακτῆρος αὐτοῦ διελθεῖν καὶ διορίσαι τούς τε γνησίους καὶ ψευδεῖς λόγους.

De Dinarchi vita et de orationibus genuinis spuriisque quaestionem, quam Dionysius suis studiis suoque ingenio fretus quam accuratissime se tractasse non immerito gloriatur, sepono.

De elocutione eius quid iudicaverit exponit c. 5 p. 639 sqq.: καιρὸς ἤδη καὶ περὶ τοῦ χαρακτῆρος αὐτοῦ λέγειν. ἔστι δὲ δυσόριστον. οὐδὲν γὰρ οὔτε κοινὸν [assentior Christii coniecturae καινόν**)] οὔτ' ἴδιον ἔσχεν, οὔτ' ἐν τοῖς ἰδίοις οὔτ' ἐν τοῖς δημοσίοις ἀγῶσιν κτλ. Omnium fere oratorum similitudinem quandam invenias in Dinarcho, nullius imaginem ita expressam, ut Dinarchi orationes ab aliorum non facile dignoscas. Demosthenis quo nomine similis et dissimilis fuerit, significat. c. 8 p. 646 λείπεται δὲ Δημοσθένους κατὰ μὲν τὴν ἐκλογὴν τῶν ὀνομάτων τῇ δεινότητι· κατὰ δὲ τὴν σύνθεσιν τῇ ποικιλίᾳ τῶν σχημάτων καὶ τῇ ἐξαλλαγῇ· κατὰ δὲ τὴν εὕρεσιν τῶν ἐπιχειρημάτων τῷ μὴ καινὰ καὶ παράδοξα λαμβάνειν, ἀλλὰ φανερὰ καὶ ἐν τῷ μέσῳ κείμενα· κατὰ δὲ τὴν οἰκονομίαν τῇ τάξει καὶ ταῖς ἐξεργασίαις τῶν ἐπιχειρημάτων καὶ ταῖς προκατασκευαῖς καὶ ταῖς ἐφόδοις καὶ τοῖς ἄλλοις τεχνικοῖς παραγγέλμασιν, ἃ περὶ ταύτην ἐστὶ τὴν ἰδέαν· μάλιστα δ' αὐτοῦ λείπεται τῇ συμμετρίᾳ καὶ τῷ [καιρῷ] πρέποντι***). λέγω δὲ ταῦτα οὐκ ἐν τῷ καθόλου τρόπῳ ὡς μηδὲν τούτων κατορθοῦντος, ἀλλ' ἐν τῷ κοινοτέρῳ καὶ ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. δι' αὐτὸ γὰρ τοῦτο καὶ ἄγροικόν τινες Δημοσθένην†) ἔφασαν εἶναι κατὰ τὸ ἐλλειπὲς τῆς οἰκονομίας ταύτην περὶ αὐτοῦ τὴν δόξαν λαβόντες. τὸ γὰρ ἄγροικον τοῦ πολιτικοῦ σώματος οὐ μορφῇ, κατασκευῇ δὲ καὶ διαθέσει τινὶ τῆς μορφῆς διήνεγκεν.

---

*) In his Demetrium Magnetem fuisse docet iudicium infra positum.

**) cf. quae sequuntur de Dinarchi cum aliis similitudine et c. 8 τῷ μὴ καινὰ καὶ παράδοξα λαμβάνειν, ἀλλὰ φανερὰ καὶ ἐν μέσῳ κείμενα; p. 974 R (de Dem. c. 8) οὔτε καινὸν οὔτε περιττὸν ἐπετήδευσαν.

***) τῷ καιρῷ πρέποντι vix graece dicitur; ΚΑΙΡΩΙ litteris ΚΑΙ ΤΩΙ repetitis natum esse videtur.

†) cf. rhet. gr. III 384 W. κρίθινος Δημοσθένης.

Quaerendum iam de Dionysii auctoribus. Non opus est, si ipsi credimus; nam qui antea de Dinarcho scripsissent neque diligentia neque subtilitate qua oportuit rem egisse dicit c. 1 p. 630: ἅμα δὲ ὁρῶν οὐδὲν ἀκριβὲς οὔτε Καλλίμαχον οὔτε τοὺς ἐκ Περγάμου γραμματικοὺς περὶ αὐτοῦ γράψαντας, ἀλλὰ παρὰ τὸ μηδὲν ἐξετάσαι περὶ αὐτοῦ τῶν ἀκριβεστέρων ἡμαρτηκότας, ὡς μὴ μόνον ἐψεῦσθαι πολλά, ἀλλὰ καὶ λόγους τοὺς οὐδὲν μὲν αὐτῷ προσήκοντας ὡς Δεινάρχου τούτῳ προστίθεσθαι· τοὺς δ' ὑπ' αὐτοῦ γραφέντας ἑτέρων εἶναι λέγειν. Carpit Callimachum et Pergamenos grammaticos, qui ‚ut ex ipsius Halicarnassensis verbis apparet' non nudos titulos orationibus inscripserunt, sed etiam de aliis rebus, de vita puta et de genere dicendi, imprimis, quae genuinae, quae subditivae essent orationes disputaverant.

Atque primum quidem pauca de Callimacho, clarissimo bibliothecae Alexandrinae praeside. Apud Dionysium bis praeter locum allatum laudatur, de Isae. iud. c. 6 p. 594 R: τοῦτον ἐπιγράφει τὸν λόγον Καλλίμαχος περὶ Φερενίκου ὑπὲρ τοῦ Ἀνδροκλείδου κλήρου (v. quae adnotat Reiske); de Demosth. c. 13 p. 994 R: ὁ δὲ περὶ τὴν ἐπιστολὴν καὶ τοὺς πρέσβεις τοὺς παρὰ Φιλίππου ῥηθεὶς λόγος, ὃν ἐπιγράφει Καλλίμαχος ὑπὲρ Ἁλοννήσου (cf. argum. huius orat. ap. Baite-Sauppe p. 526).

Nudas his locis affert inscriptiones Callimachi, de vita et elocutione nihil. Quamquam in Cyrenaici tabulis alias quoque res perscriptas fuisse docent cum alii tum Diogenes Laert. VIII 86: (Εὔδοξος) τὰ μὲν γεωμετρικὰ Ἀρχύτα διήκουσε· τὰ δὲ ἰατρικὰ Φιλιστίωνος τοῦ Σικελιώτου, καθὰ Καλλίμαχος ἐν τοῖς πίναξί φησιν. Id. IX 23: Καλλίμαχος δέ φησιν μὴ εἶναι αὐτοῦ τὸ ποίημα. Canonas (πίνακας), ubi oratoribus quoque scitu dignissima adscripta fuisse puto, si exceperis ‚alibi de oratorum vitis et operibus Callimachum nihil tradidisse' adsentientem me habet Brzoska p. 9. Certe Caecilius, Dionysii familiaris, Callimachum ex criticorum numero removit ap. Phot. bibl. cod. 265 p. 491 b 31 ‚οὐδ' ἱκανὸν ὄντα κρίνειν'.

Plus quam Alexandrini contulerunt studii et operae in oratores grammatici Pergameni. Dionysius, ut qui etiam aliorum severus censor fuerit, eos rem accurate diligenterque tractasse negat. Sed eos praeter ceteros criticos

esse appellatos ostendit Brzoska, qui p. 56 sqq. de eorum studiis disputat et nomina grammaticorum affert. Quare ne acta agere videar, hanc quaestionem mitto.

Transeamus ad tertium, quem Dionysius nomine non digna edidisse dicit, Demetrium Magnetem c. 1 p. 631 R: Ἀλλὰ Δημ⟨ήτρι⟩ος ὁ Μάγνης, ὅς ἔδοξε γενέσθαι πολυΐστωρ, ἐν τῇ περὶ τῶν ὁμωνύμων πραγματείᾳ λέγων καὶ περὶ τούτου τοῦ ἀνδρὸς καὶ ὑπόληψιν παρασχών, ὡς περὶ αὐτοῦ λέξων τι ἀκριβές, διεψεύσθη τῆς δόξης. οὐθὲν δὲ κωλύει καὶ τὰς λέξεις παραθέσθαι τοῦ ἀνδρός. ἔστι δὲ τὰ ὑπ' αὐτοῦ γραφέντα τάδε·

Δεινάρχοις δ' ἐνετύχομεν τέτταρσιν· ὧν ἐστιν ὁ μὲν ἐκ τῶν ῥητόρων τῶν Ἀττικῶν, ὁ δὲ τὰς περὶ Κρήτην συναγήοχε μυθολογίας. ὁ δὲ πρεσβύτερος μὲν ἀμφοῖν τούτοιν, Δήλιος δὲ τὸ γένος, πεπραγματευμένος τοῦτο μὲν ἔπος, τοῦτο δὲ πρᾶγμα. τέταρτος δὲ ὁ περὶ Ὁμήρου λόγον συντεθεικώς. ἐθέλω δὲ πρὸς μέρος περὶ ἑκάστου διελθεῖν· καὶ πρῶτον μὲν περὶ τοῦ ῥήτορος. ἔστι τοίνυν οὗτος κατά γε τὴν ἐμὴν δόξαν οὐδὲν ἀπολείπων τῆς Ὑπερείδου χάριτος, ὥστ' εἰπεῖν· ,καὶ νύ κεν ἢ παρέλασεν'. ἐνθύμημα γὰρ φέρει π⟨ε⟩ιστικὸν καὶ σχῆμα παντοδαπόν· πιθανότητός γε μὴν οὕτως εὖ ἥκει ὥστε παριστάνειν τοῖς ἀκούουσι μὴ ἄλλως γεγονέναι τὸ πρᾶγμα ἢ ὡς αὐτὸς λέγει. καὶ νομίσειεν ἄν τις εὐήθεις εἶναι τοὺς ὑπολαβόντας τὸν λόγον τὸν κατὰ Δημοσθένους εἶναι τούτου. πολὺ γὰρ ἀπέχει τοῦ χαρακτῆρος· ἀλλ' ὅμως τοσοῦτον σκότος ἐπιπεπόλακεν, ὥστε τοὺς μὲν ἄλλους αὐτοῦ λόγους σχεδόν που ὑπὲρ ἑξήκοντα καὶ ἑκατὸν ὄντας ἀγνοεῖν συμβέβηκε· τὸν δὲ μὴ γραφέντα ὑπ' αὐτοῦ μόνον ἐκείνου νομίζεσθαι. ἡ δὲ λέξις ἐστὶ τοῦ Δεινάρχου κυρίως*) ἠθική, πάθος κινοῦσα σχεδὸν τῇ πικρίᾳ μόνον, καὶ τῷ τόνῳ τοῦ Δημοσθενικοῦ χαρακτῆρος λειπομένη, τοῦ δὲ πιθανοῦ καὶ κυρίου μηδὲν ἐνδέουσα'. Addit Dionysius: Ἐκ τούτων οὐδέν ἐστιν οὔτε ἀκριβές, ἀλλ' οὔτε (?) ἀληθὲς εὑρεῖν.

Quo iure Dionysius haec Magneti opprobaverit, in praesens mihi non est tempus quaerere; illud autem moneo, Demetrium in magna scriptorum quos libri περὶ ὁμωνύμων (ποιητῶν τε καὶ

*) locum ita legendum puto: ἡ δὲ λέξις ἐστὶ τοῦ Δεινάρχου κυρία, ἠθική, πάθος κινοῦσα, σχεδὸν τῇ πικρίᾳ μόνον καὶ τῷ τόνῳ τοῦ Δημοσθενικοῦ χαρακτῆρος λειπομένη κτλ. In extremis interpunctionem Reiskius mea quidem sententia non recte posuit. Sunt coniuncta πικρία et τόνος, non opposita, cf. p. 786 R.

συγγραφέων) comprehendit multitudine de singulis non tanta diligentia et subtilitate disputare potuisse, quanta Dionysius fecit, qui peculiarem de Dinarcho quaestionem instituit. Atque de elocutionis virtutibus iudicia si discrepant, non est mirum. Spectat autem Demetrii iudicium eadem fere quae Dionysius, num sit λέξις κυρία, ἠθική, παθητική, ἐναργής, πικρά, παντοδαπή, πιθανή, πειστική, τόνον habeat aliasque virtutes; secernit spuria genuinis, denique oratorem cum oratore comparat idque non in Dinarcho solo eum fecisse in promptu est conicere.

De subditivis et genuinis scriptis eum quaesivisse Diogen. Laert. quoque testis est II 57: Ἀθηναίων καὶ*) Λακεδαιμονίων πολιτείαν, ἥν φησιν οὐκ εἶναι Ξενοφῶντος Δημήτριος ὁ Μάγνης. Ex eodem Demetrio plus quam viginti locis — ἐν ὁμωνύμοις sive ἐν τοῖς ὁμωνύμοις laudari solet — afferuntur quae ad vitas philosophorum pertinent, praesertim ubi Demetrius Magnes et Phalereus et Hieronymus et Hermippus aliique auctores discrepant. Est igitur haud spernendus auctor Demetrius.

Minus quam huic probabatur illis Dinarchi elocutio, qui Dionysii ipsius testimonio eum ἄγροικον Δημοσθένην sive (v. Hermogenem in Rhet. gr. III 384 W.) κρίθινον Δημοσθένην appellabant. Et haud scio an aliqua ex parte Dionysii acerbius iudicium illuc sit referendum.

Propius ad Magnetis iudicium accedunt Ciceronis, quem Demetrii librum novisse verisimile est, testimonia. Brut. 9, 36 ‚Huic (Demostheni) Hyperides proximus et Aeschines fuit et Lycurgus et Dinarchus et is, cuius nulla extant scripta, Demades aliique plures. Haec enim aetas effudit hanc copiam; et, ut opinio mea fert, sucus ille et sanguis incorruptus usque ad hanc aetatem oratorum fuit, in qua naturalis inesset, non fucatus nitor.‘ De or. II 23, 94: ‚et ii, qui se ad causas contulerunt, ut Demosthenes, Hyperides, Lycurgus, Aeschines, Dinarchus aliique complures, etsi inter se pares non fuerunt, tamen omnes sunt in eodem veritatis imitandae genere versati, quorum quamdiu mansit imitatio, tamdiu genus illud studiumque vixit.‘

*) solam Athenien$s$. polit. Demetrium damnasse censet Christ Gr. Litt. p. 274

Ceterum de Dinarcho disputationem facile omnium perfectissimam Dionysii puto, quippe cum aliorum adiumentis paene destitutus suis studiis niti et de vita orationibusque diligentius quaerere cogeretur, quantum autem recte statuerit, quantum ipse erraverit, propter testimoniorum inopiam ad liquidum non potest perduci.

Quid igitur de summa iudiciorum Dionysii statuemus? Erat sane Halicarnassensis homo arte rhetorica optime institutus intimeque oratorum atticorum studia amplectebatur, ut mirum non sit, si multa imprimis de elocutione eorum docte et subtiliter disputavit. Illud autem tenendum est iudicia de veteribus oratoribus ab ipsorum aequalibus et aemulis profecta, a rhetoribus, qui exempla praeceptorum proponere vellent, ab auctoribus vitarum et canonum conditoribus, denique a philosophis, qui quidem nimis artificiosa exagitabant, et grammaticis, quorum sextum pulcherrimumque munus κρίσιν ποιημάτων dicit Dionysius Thrax (p. 6 Uhl.), aucta et correcta posterioribus esse tradita, ut Dionysius scriptoribus accuratissime ad praecepta artis oratoriae examinatis copiosiora quidem, nova et inaudita autem tradidisse minime putandus sit.

Index nominum.*)

*) plerisque locum principalem apposuisse satis habui; latinorum nominum indicem addere mihi necessarium visum non est, nec graeca vocabula quae in arte oratoria parvi momenti sunt in indicem congessi.

Index auctorum.